Origenes. Origenes ita dicit. increpatur cęcus vt taceat,& non illum contemptibili nomine vocet filiū Dauid, ſed filium Dei. Sed qui formā ſerui ſuſcepit, non dedignatur & nomen. ille igitur iritatur prohibitus, quoniā fides in periculis tuta eſt,& in ſecuritate periclitatur. Cum infirmor inquit Paulus, fortiorium. 2. Cor. 12. precipiendo (inquiunt iſti qui prębibant) præcepimus vobis, ne doceretis in nomine iſto, & ecce repleſtis Hieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinē hominis iſtius. Act. 5. Et cęcus qui nudius tertius dixerat: non noui illum, reſpondit cū cæteris, Sanguinem quidem huius hominis (Ieſus Nazarenus, rex veſter, deus Dei filius) vos ſuper vos accepiſtis, Matth. 27. Cæterū obedire oportet Deo magis ꝗ̃ hominibus. itidē & cęcus cū audiret, tace, flama fidei ſuæ magis ac magis excitabatur. Licet igitur malorū pręteritorum conſciencia ſuadeat nobis ſilentiū, tanto inſtantius fidentis animi clamor importunus pulſet, donec ſe exauditū intelligat, Non eſt cuiꝗ̃ ſurdus dominus Ieſus qui ſi nolet dare quod rogatur, nūꝗ̃ nos doceret vt pulſaremus improbe oportune. Lucę. 11. Quid enim mirū ſi ad vocem vnius cęci vel

Lucę. 18. duorū reſtitit, qui vnam ouem quęſiturus, de cęlo deſcendit? Et ſtans Ieſus, pręcepit illum vocari: & vocant cæcum dicentes ei. Bono animo eſto, ſurge, vocat te (Marcus) qui proiecto veſtimento ſuo, exiliens venit ad eum, Lucas. Iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaret, dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cęcus autem dixit ei. Rabboni domine vt videam: Ieſus autem ait illi, Aſpice. Fides tua te ſaluum fecit. Vade, & confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via, magnificans deum Lucas, & omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo. Matthæus. Miſertus eorum: tetigit oculos eorum. Et patet, Marcus dixit, Rabboni, alibi autem dixit Rabbi eo ꝙ Hebræorum lingua Chaldæorum ac Syriacæ commertio viciaretur: ſicut in Heli & Heloi, Sic & hodie Iudæi Raboni magiſtrum vocant, ſed inſignem & eminentem. Clamor igitur cæci ſiſtere fecit greſſum eius, qui aliquando fingit ſe longius ire. Qui ſi ad vocem non ſte-

Lucę. 24. terit: cogendus eſt, adicentibus mane nobiſcum domine, quoniā adueſperaſcit. Non ergo mireris, ſi Ioſue

Ioſue. 10. ſtare fecit ſolem vnica voce ſpacio vnius diei, quando vox treſsis homuntionis, Dei filiū ſiſtere potuit. Quod aūt ſtetit qui nunꝗ̃ nō ſtat, principium beneficij oſtēdit. Neq; enim in vacuū vocauit cū. Vocant igit cęcū q miſsi fuerant, forte duo ex apoſtolis, qui alias miſsi ſunt vt adducerēt pullū cū aſina, Matth. 21. Et blādientes, eſto inquiūt bono ac lęto aīo o Thimæe, in ꝓximo eſt vt cureris, deſine mendicare ſtipes a tranſeūtibus: habes omniū bonorū fontē, qui & vocat te Ibi Tobias noſter audito, dominus ſtat, & vocat te, quē toties inuocaſti, cœpit offendens pedibus currere, abiecto veſtimēto, ne qua mora eſſet in am-

Tobiæ. 5. bulādo. Et relicto vili illo ſedili, data manu puero, exiliens venit ad dominū, obortis interim prægaudio

Tobiæ. 11. lachrymis. Et videre erat miraculū illud, eum qui omnia moderaē verbo potentiæ ſuæ, ſtare media via ſeptum a multitudine & frequentia populi, opeririq; aduentū vnius cæci, quē Phariſæi & ſacerdotes nec triobolo emerēt: vt vere dixerit Paulus, quę ſtulta ſunt elegit

Hebræ. 1. non facerēt, quē principes huius ſæculi naud

1. Cor. 1. deus, & cæcos ex vtero matris, vt confundat oculatos Pauos & Argos, quorū vox eſt, in peccatis totus

Ioan. 9. nacus cū ſis, doces nos? Quando enim vnus e grege Phariſæorum diceret domino. Miſerere mei domine

Matth. 11. Quando miſericordiā mendicarent ab eo, quē vini potorē vocabāt, amicū publicanorū, & peccatorum,

Tobiæ. 11. & voracem? Iſti ſunt qui habēt albuginē in oculis cū Tobia, & apertis oculis cū ſaulo, nihil tamē vident ſicut habes actu. ca. 9. Albos habēt oculos & videtur ſibi videre, videtur ſibi iuſti. Verū crede mihi, melius

Figura. videt oculus niger in pupilla cuius vox eſt, deus meus illumina tenebras meas. Pſal. 17. Aſtantē igitur cæcum, aut forte genibus accidentē, & manibus cū oculis ſublatis in cælū, rogat dominus dicens: quid vis vt tibi faciam? Potentē agnouiſti, quē filium vocas tanti vatis, tanti regis: Miſericordē credis, a quo miſericordiam imploras, de voluntate eius tota eſt cōtrouerſia, vtrum nam qui poteſt, & velit. Habes igitur & velle meum, faciam enim quicquid petieris, refert autē tua: ne indigna petas tanto principe. Quia & Bethſabe quæ prius audierat ex ore filij, pete mater mea, nec enim iuſtum eſt: & confundam faciē tuam, quia indigna poſtulauit: vacua abſceſsit & cōfuſione plena. 3. Reg. 2. Tu igitur quid vis vt tibi faciam? Id quod

Ioan. 16. omnes volunt: & quo ſine nullus eſt perfecte beatus: quia iuxta Abulenſ. ſolus ſenſus oculorum erit ne-

Abulenſis ceſſarius in beatitudine, videbitis enim & gaudebit cor veſtrum. Homo enim cæcus truncus potius videtur, quippe qui inter diem & noctem non diſtinguit. Vellem igitur domine viſum recipere: hinc anableipſo. Sint alij diuites ſicut craſſus, ſint pauli ſicut Abſalon, ſint fortes ſicut Samſon, ſapientia præditi diuitijs & gloria ſicut Salomon, ego hoc vnum prępono votis omnibus vt te videā. Ergo iuxta vnum ſenſum altiſsimi vere iſte cæcus erat, qui cum primum audiuit, quid vis, non reſpondit cum Saulo, abſit domine vt ego dicam quid velim, ſed tu domine potius expone ſeruo tuo: quid me velis facere Verumtamen quia cęcus ſum, reuela oculos meos, vt videam quem deſiderat omnis terra, vultum videlicet veri Salomonis.

Actu. 9. 3. Reg. 10. Sequitur, aſpice: fides tua te ſaluum fecit. Theophyl. Diſcamus illud, ꝙ quando cum fide peti-

Theophy. mus, non alia quidem nos petimus, & alia ipſe dat ſed ea ipſa. Atq; ita quoties alia petimus & alia accipimus, manifeſtum eſt, ꝙ non bene neq; fideliter petimus, Verumtamen Paulus alia petijt & alia accepit, ſicut ſcriptum eſt, ſufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12. Et confeſtim vidit. Græce, aneblepſe, id eſt viſum recepit: hoc eſt accepit quod poſtulauit. Ideo enim interrogatur a domino quid velit, non ꝙ dominus id ignoraret, ſed vt ſcirent circunſtantes, ꝙ non ſtipem mendicaret a domino, auditurus illud, argentum & aurum non eſt mihi. Nemo enim pauperior domino Ieſu in auro & argento, nemo illo ditior & opu-

Actu. 3. lentior in bonis quæ hominem poſſunt beatum facere. Vidit igitur quem noſſe vita æterna eſt. Vnde probas ꝙ viſum recepit? Sequebatur dominum. Nam cæcus exiſtens, immobilis erat quaſi lapis. Ita

Actu. 9. Saulus qui & Paulus receptis oculis, continuo ingreſſus ſynagogas, prædicabat dominum Ieſum Chriſtum. Et dicentibus multis ex cæcorum cœtu, nonne hic eſt qui impugnabat. in Hieruſalem ſectatores

nomi-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

hominis Chriſti? Ego inquit ſum, ſed tunc cæcus eram. Poſtquam ceciderunt velut ſquamę ab oculis meis, Palinodiam re canto. Satius eſt enim recurrere quam male currere. Denique omnis populus vt vidit fidē cæci, clementiam optimi & maximi Dei, dedit laudē deo, qui abundantius tribuit quam rogatur. Lumē oculorum mendicabat cęcus, accepit autem & oculos mentis, vnde ſequebatur dominum: dicamus recapitulando. Noſtrum eſt ſecus viam ſedere, agnoſcendo cęcitatem animæ noſtræ, ſuū eſt tranſire vt inuocetur. Noſtrum eſt inuocare eum dicentes, miſerere mei, ſuum eſt præcipere vt ad præſentiam ſuam deducaris, & rogare quid velis. Tuum eſt agnoſcere cæcitatem, lumen mentis flagitare, ſuū illuminare tenebras tuas, & tuū erit ſequi eum, quem qui ſequitur, non ambulat in tenebris, ſed habebit vitam æternā. Ioan. 10.
Quod autem dicit Matthæus: dominum impoſitis manibus illuminaſſe cęcos duos; vide ad hoc Marci Luc. 19.
A cap. & libro ſexto. cap. 6.

## Caput. X. De Zacchæo ſtatura puſillo aſcendente ſycomorum vt videret dominum, apud quem dominus illo die paſtus eſt cum ſuis: & ſequitur, hodie domui huic ſalus adeo facta eſt, &c.

[E]T ingreſſus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zacheus: & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues. Et quærebat videre Ieſum quis eſſet, & non poterat pręturba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens ante aſcendit in arborem ſicomorum vt videret eum, quia inde erat tranſiturus. Si vera ſunt quæ ſupradiximus, videlicet quod in digreſſu ex vrbe Hiericho, illuminauit dominus cæcum, quomodo nunc Lucas dicit conſequenter, & ingreſſus Hiericho, perambulabat.
B Dicitur iuxta Nicolaum & Abulenſem, quod neceſſarium eſt dicere, iſta duo non facta fuiſſe conſequenter, ſed tempore interiecto, licet videantur narrari a Luca ordine conſequutiuo, de ciuitate iſta vide late hiſtoriam, Ioſue cap. 6. item. 3. Reg. cap. 16. Hiericho igitur ciuitatem quam Ioſue funditus euertit, figuram tenet ſęculi huius. Hanc qui rurſus reædificat contra edictum Ioſue. i. Ieſu Chriſti: cum interitu omnium filiorum ſuorum reædificat, ſicut Achiel de Bethel, quia Luc. 9.
qui ad opera mundi reuertitur, manu ſemel ad aratrum miſſa, omnes iuſticiæ ſuæ coram deo obliuioni tradentur. Ezech. 18. Hanc tamen reædificatam dominus perambulat, & præſentia ſua dignam facit, quia Figura.
cum iratus fuerit, miſericordiæ ſuæ memor erit. Quot autem & quantæ fuerint abominationes populi illius, hinc perpendere licet, quando nec ſexui nec ætati parcitum eſt, non denique quod extremum malorū Hab. 3.
ſignificat, maledictus qui Hiericho reædificauerit, ſed ſit anathema domino. Scriptū eſt autē, in cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Eſai. 35. Iſti ſunt dracones oſtēſi Petro
C in viſione Actu. 10. de quibus iam ſanctificatis & in alios viros conuerſis dicit Paulus, fuiſtis aliquando 1. Cor. 6.
fornicarij, idololatræ, adulteri, molles fures auari, ebrioſi, maledici, rapaces, maſculorū cōcubitores (vides quot genera draconū & ſerpentium?) ſed abluti eſtis in ſacramento baptiſmatis tranſito mari, ſubmerſis ad vnū Aegyptijs, ſanctificati eſtis, accepto ſpiritu ſancto, qui eſt pignus ęternę hęreditatis. Sed iuſtificati eſtis, accepta peccatorum remiſſione pleniſſima, vt nec deus eorum vitra meminerit. Eſai. 43. dicat licet Ephe. 1.
alias, ſerue nequam omne debitum remiſi tibi, quia rogaſti me. Matth. 18. De numero igitur iſtorum qui erant olim dracones & ſerpentes & vitię, abluti autē ſanctificati & iuſtificati conuerſi ſunt in calamos ſuauis odoris, & in iuncos, in quibus difficile inuenias vel nodum vnum (homo ſimplex & rectus. Iob. 1.) ſequitur in textu. Et ecce vir nomine Zacchæus, princeps publicanorum & ipſe diues in bonis operibus. Hoc enim ſignificat Zacchæus, iuſtus aut iuſtificatus, aut ardēs ſtudio iuſticiæ. Quomodo ardebat? Quętebat Ieſum videre quis eſſet, & non poterat pręturba, quia licet dignitate ſublimis eſſet, quia princeps,
D ſtatura puſillus erat, meritis exiguus, vitæ genere non admodum honeſto, quia princeps eorum qui vectigalibus corradendis pręfecti erant: aut vt cōmunis erat exiſtimatio, publicorum furū. Itaque nec diuitię nec principatus auxilio ei eſſe poterāt, vt cederet ei turba quæ deſiſſima erat & ſequebatur dn̄m Ieſum. Ita & in Naamā nec principatus, nec fortitudo, nec diuitiæ nec ſummus honor apud regē quicque ei conferebant, quo minus leproſus eſſet. 4. Reg. 5. de gigātibus vnde ſint propagati vtrū ſicut. S. Thomas ex ſemine humano, cooperāte dęmone, idque ſub certa cōſtellatione, quod mihi nūque perſuadebit, an naturali cōgreſſu Thomas.
viri & fœminę, alij viderint, mihi ſatis veriſimille eſt, Sicque enim natura producit nanos, de quibus plenæ ſunt hiſtoriæ, ita & gigātes; vide Pliniū lib. 7. cap. 16. Erat igitur Zacchęus ſtatura puſillus, idque obſtabat quo minus de facie noſſet eū de quo minor tam admirāda ſparſerat. Credebat & amabat: vnde tenebatur Luc. 2.
eodē deſiderio quo annoſus ille & iuſtus Simeō & multi reges & prophetę, oculos videlicet explēdi beatiſſimo illo omniū miraculorū miraculo: vnde meruit hoſpicio excipere, quē Simeon excepit & tenuit inter
E vlnas, Luc. 2. Deſiderabat & Herodes videre dominū Ieſum, vidit autē & ſpreuit illuſum, puſillus igitur Luc. 23.
erat ſtatura, deſiderio aūt alter Moſes: cuius verba ſunt; oſtēde mihi faciē tuā. Sicut autē Simeoni ſuggeſtū eſt a ſpiritu ſancto vt templū cōſcenderet, ita & Zacchęo a ſpiritu ſancto ſuggeſtū eſt, vt præcurrens Exod. 33.
aſcēderet arborē ſycomorū: Gręce ſycomorean. i. caprificū, hoc eſt iuxta Nebriſſenſem fatuā ficū. Amos 7. pro ſycomoros quod trāſtulit Hierony. Theodothio dixit ſycamina. Exponit aūt Hierony. ſycomoros rubotū mora. Reuera aūt ſycomorus ficus eſt Aegyptia, & apud nos vocat caprificus, cuius poma cū nunque matureſcāt, ſunt tamē vel maxime neceſſaria maturādis cęteris ficorū pomis, de quo qui doceri velit cōſulat indigenas ciuitatis. Grego. ſi igit veraciter deſiderio ſapiētię tenemur: quę de cęlo ad nos infatuata deſcēdit (quod enim ſtultum eſt Dei ſapientius eſt omni ſapientia humana) ſtultos nos humiliter cognoſcamus. Ita Paulus. 1. Cor. 3. Siquis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Gregorius.



Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Magna ſtulticia Pauli dicentis (doctus legem ad pedes Gamalielis) nihil indicaui me ſcire cum apud vos
1. Cor. 1. eſſem, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc non excitantem vita functos, imperantem dæmonibus, peccata re-
Lucæ. 16. mittentem, ſed crucifixum. 1. Cor. 2. Sapiens videbatur Zacchęus, cui tantus cenſus ex rapina ſuccreuerat:
filij enim huius ſęculi prudentiſsimi ſunt in aggregando denſo luto iuxta Habac. cap. 2 aut iuxta. 70. In
aggrauanda torque tua. Tamen vt heret ſapiens ſapientia vera, ſycomorum aſcēdit. Puſillus itaq; Zac-
chæus ſycomorum aſcendit, & dominum vidit, quia qui mundi ſtulticiam humiliter amplectuntur, ipſi
Dei ſapientiam ſubtiliter contemplantur. Quid enim iuxta mundum ſtultius, q̃ defraudata in quadru-
plum reſtituere, poſſeſſa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam retaliare, imo adiun-
ctis alijs, patientiam præ ſe ferre? Quaſi enim ſycomorum nos aſcendere dominus præcepit, cum dicit:
Qui aufert tua, ne repetas. Matth. 5. De hac ſycomoro ita dicit Paulus Nos prædicamus Ieſum Chriſtum
1. Cap. 1. crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtulticia. Quomodo enim putamus ſcandaliza-
Marci. 5. tos multos ex Iudæis, qui dominum Chriſtum comprimebant quidem, tangebant autem minime, cum
Marci. 6. viderent tam opulentum principem ſycomorum more pueri aſcendere: vt videret vnius Fabri filiū iuxta
vulgi opinionem impiam licet: Et quare inquiunt, ſi deſiderio huius tenetur videndi, non inuitat eum ſi-
Prouerbiū cut fecit Matthæus huius forte miniſter & coadiutor in vellicandis vitibus? Reuera Zacchæus maiora
conaretur, ſed obſtabat modeſtia. Nam & ſi ore tacebat, dicebat tamē cum Centurione, Non ſum dign?
Matth. 8. vt ſubeat tectum meum, vtinam viſione eius fœlici perfrui merear. Iudæi igitur offendebantur videntes
multos ex Gentibus ſycomorum aſcendere, vt apprehendant fructus eius. Quos fructus? Sycomorus hæc
Canti. 8. arbor vitæ eſt plantata in medio paradiſi eccleſiæ, & fructus vniuerſi in ea. Dan. 4. & in ea pendet fru-
ctus ventris immaculatæ virginis, & ipſe eſt botrus allatus de terra patribus noſtris promiſſa. Cæterum
Num. 13. multi ex Gentibus irrident hanc ſycomorum, quæ poma edat inſipida admodum, abſtinere a carnalibus
1. Pe. 2. deſiderijs, curam carnis non facere in deſiderijs. Rom. 13. Mori mundo, Chriſto configi, Gala. 2. Verūtamen
vbi Gentilis ſapiens inuenit ſtulticiam, ibi Paulus ſtultus inuenit ſapientiam, inuenit gloriam, vbi Iu-
dæus ſcandalum. Inuenit fructum vitæ vbi Iudæi & Gentes inuenerunt mortem. Qui enim non credit,
ira Dei manet ſuper eum. Ioan. 3. Et cum veniſſet ad locum, ſuſcipiens Ieſus vidit illum, &
dixit ad eum. Zacchæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me ma-
nere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum videret omnes, mur-
murabant, q̃ ad hominem peccatorem diuertiſſet ad diuerſandū. Semper igitur deus tri-
buit abundantius q̃ rogatur. Videre cupiebat, domi excepit, & ſalutem domui ſuæ. Ita ad Centurionē
dicentem, dic tantum verbo, reſpondit, ſicut credidiſti fiat tibi. Et dicenti, puer meus iacet. Ego inquit va-
dam, & curabo eum. Itaq; dominus licet vocem inuitantis non audierit, audierat tamen affectum. Vnde
perueniens ad locum vbi Zacchæus puſillus operiebatur vitam animæ ſuæ, ſublatis oculis velut noſci-
tabundus: vidit Zacchæum. Videre autem Dei cognoſcere eſt & approbare, ſicut ſcriptum eſt: cum eſſet
ſub ficu vidi te. Et rurſus, reſpexit dominus Petrū. Lucę. 22. Et dixit ad eū. Heus feſtina o Zacchæe, quia
Ioan. 1. hodie mecum es cœnaturus, & ego tecum. Et obſerua quomodo illum tanquam ſibi alias notum & fa-
miliarem nomine ſuo vocat, vt & de iſto merito dicuntur, inueniſti gratiam coram me, eandem videli-
cet quam Abraam pater tuus, Geneſ. 18. & teipſum noui ex nomine. Exod. 33. Obſerua autem q̃ Zac-
chæus dominum Chriſtum de facie non nouerat, & niſi dominus vocaſſet eum, in eundem defixis oculis
nihil profuiſſet conſcendiſſe ſycomorum, in qua multis iuſ erat, Gentilis ratione, ſed inſertus in bonam
olim ficum, nunc autem fatuam & maledicto proximam Matt. 21. ſublimis in arbore ſpeculator hominis
vnius. In domo inquit tua oportet me manere. Quia enim in ſua venit, & ſui non receperunt eum, diuer-
tit ad eccleſiam de Gentibus congregatam, & relinquetur filia Sion, ſicut tuguriū in cucumerario, quia
Eſai. 1. ſeruata ciuitate Niniue a deſolatione, vmbraculum cucurbitæ exaruit, etiam ſuper hoc indignāte Iona,
qui oppoſitum optabat. Ionę. 4. Quod q; dicit, oportet me manere, ſimilis eſt ſententia hęc illi, alias oues
habeo, & illas oportet me adducere. Ioan. 10. Explicat autem hac forma verborum ingēs deſiderium quo
tenetur ſalutis omnium. Baptiſmo inquit baptizandus ſum, & coactor donec perficiatur. Lucę. 12. Per in-
de igitur valet, in domo tua oportet me manere quaſi dominus diceret cum Helia ipſi Heliſæo. Vade &
reuertere, quod enim meum erat feci tibi. 3. Reg. 19. Et feſtinus deſcendit. Quare feſtinus? Quia ſcriptū eſt.
Surrexi dormitabunda, vt aperirem dilecto, at ille decliuauerat atq; tranſierat. Si enim Abraam lætabū-
dus tres viros hoſpicio ſuſcepit, vir eutrapelos iccirco exultim, quos tamen iuxta Chryſo. Veres homines o-
Canti. 5. pinabatur, quanto hunc gaudio exultaſſe credimus qui dominum angelorum interioris domus ſuſcepit
Chryſoſt. hoſpicio? Vere gaudens deſcendit, incontanter & improcinctu ſuſcepit, quia & iſte vidit coram quod A-
braam videns a longe, 1. ante bis mille annos, gauiſus eſt. Ioan. 8. Quod autem murmurabant Iudæi, eo
q̃ ad hominem peccatorem dominus diuertiſſet (infandum ſcelus) non mireris, iſti enim ſunt fratres ille
maior, qui rogante etiam parente conuiuium deprœcatus eſt. Lucæ. 15. iſti ſunt qui vocati ad nuptias, di-
Lucę. 14. cunt, habe nos excuſatos: vel nō poſſumus venire. Ad hæc dominus. Non egent qui ſani ſunt medico, ſed
Matth. 9. qui male habēt. Vos qui ſani eſtis, gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in terra, de raſa ſunt e libro
viuentium. Neſcio autem quomodo Zacchæus peccator erat, qui tam liberalis erat erga pauperes. Cha-
Pſal. 68. ritas autem operit multitudinem peccatorum. 1. Pe. 4. Et ſi peccator erat, iam non eſt, ex quo domum eius
1. Reg. 5. ingreſſa eſt arca Dei. Cecidit enim illico Dagon. Ingreſſa eſt domū eius ſapientia & iuſticia, ſanctitas &
redemptio. 1. Cor. 1. Sapientia, quia ſtultus factus eſt: vt ſaperet quæ Dei ſunt, aſcendens ſycomorum. Iu-
ſticia, quia defraudata in quadruplum reſtituebat, ſanctificatio, quia domi ſuæ ſuſcepit dominum Chri-
ſtum ſanctum ſanctorum. Redemptio, quia dimidium bonorum ſuorum largiebatur pauperibus, redēptio
autem

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

autem animæ inquit ſapiens: diuitiæ ſunt. Prouerbiorum. 13. Oſteddit igitur dominus viſibili gratia in-
uiſibilem ſanctificationem, quia Dei ſapientia familiariter cor credentis ingreditur, & manſionem facit,
ex qua domui illi ſalus æterna facta eſt, murmurent licet & inſaniant inſani. Statura igitur puſillus erat,
ſed altior reuera multis, qui ꝙ grallant, gigantes videntur & proceræ arbores, corniculæ non paui, non
vipiones. Sequitur, Stans autem Zacchæus, dixit ad Ieſum. Ecce dimidium bonorum
meorum domine do pauperibus. Et ſiquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum
quadrupla. Hoc eſt reddebat ſublata & detrimentum quod incurrit dominus rei, ſicut dixit quidam ex no
ſtratibus, redde capras octo, & partum poſt partumq; annorum trium. Ait Ieſus ad eum: hodie
ſalus domui huic facta eſt, eo ꝙ & ipſe ſit filius Abrææ. Venit enim filius hominis
quærere & ſaluum facere quod perierat. 11. q. 2. cap. cum deuotiſsimam. Et 26. q. 7. effectū. Ha-
A bet ergo vnum ex camelis euangelicis, qui depoſita gibba diuitiarum, facile ingredi potuit foramen acus.
Nam defraudata reſtituebat in quadruplum: quę autem honeſtis laboribus conquiſierat, æque cum pau-
peribus diuidebat, hoc eſt dimidium largiebatur de iuſto labore partis. Exeat nunc neſcio quis Phariſæus Matth. 19.
tumens iuſticia legis: & dicat, decimus do omnium quæ poſsideo. Vides rerum vices inuerſas? Interiora
Phariſæorum plena erant rapina & dolo & hypocriſi, foris autem catones. Zacchæus publicanus intus Luce. 18.
plenus operibus bonis, opinione autem vulgi princeps furum. Deniq; Phariſæus ille ſic ebuccinabat me- Matth. 23.
rita ſua quæ in numerato habebat apud ſe, vt publicanum digito notaret, & impietatis notam eidem
inureret. Zacchæus nihil tale: ſed vt homo alias peccator ſimpliciter exponit ſibi fuiſſe iuſticiæ ſtudium
etiam anteꝗ de facie dominum noſſet. Atq; vtinam Zacchæi noſtrates vel Atlantes hunc imitarentur,
& non iuxta Prouerbium porcum ſubripientes, pedes reſtituant. Siquid inquit aliquē defraudaui. Græce
eſycophanteſa, quod eſt propria delationibus extorquere aliquid, quod tamen hic pro quacunq; fraude
B poſuit Theophyl. Si dimidium dat pauperibus, & ex dimidiatis diuitijs quadrupla reſtituit iuxta legem
de furibus (2. Reg. 12. & vita principis publicanorum 1. victus non aliunde ꝙ ex pauperum lachrymis eſt:
conſidera quomodo omnino fuerit nudatus: tu ſi quadrupla non reddis, minimum reſtitue ſimpla. Nec di- Theophy.
xit, dabo, ſed reddo & do. Et dominus, hodie inquit das, hodie ſalus domui huic facta eſt. Vnde illud, ne
dicas amico tuo, vade, & reuertere & cras dabo tibi, cum ſtatim poſsidare. Ambroſius. diſcant diuites nō Exod. 22.
in facultatibus crimen hærere, ſed in his qui vti neſciunt facultatibus. Namq; arma Saul ipſi quidem Da- Prouerbiū
uid impedimento erant, quia non habebat vſum (obſerua verbum hoc, non habebat vſum:) cæterū Sauli Ambroſi.
adiutorio erant. Nam diuitię vtentibus adiutorio ſunt, improbis qui eas domi ſordere ſinunt impedimē-
to ſunt. Confer hunc Zacchæum epuloni, qui vel micas negabat pauperi, & intelliges, quod dictum eſt, 1. Reg. 17.
diuitiæ impedimenta ſunt non vtentibus. Plutarchus fama eſt Alexandrum ex Aſia centum Phocioni ta
lenta dono miſiſſe: atq; phocionem vt erat auri minime auidus, nuncios qui ad ſe illa detulerant rogaſſe, Luce. 16.
C quid nam eſſet cauſæ, quam ob rem ſe vnum Alexander inter tot claros pręſtātesq; Athenis viros donā- Alexander
dum potiſsimum delegiſſet. Reſpondētibus illis. Quia te vnum ex omnibus virum bonum & honeſtum
iudicat. Sinito igitur inquit qualem me iudicat, talem & eſſe & videri perpetuo. Illi domum Phocionem
ſubſequuti ingreſsiq;, vbi domeſticam viri paupertatem aſpiciunt ædes videlicet vacuas, pinſentem v-
xorem, & illum ſibi lauandis pedibus aquam haurientem: vt pecuniam accipiat rogant importunius, in- Phocion.
dignum eſſe dicentes, regis amico eidemq; primario in omnium Gręcia viro, vitam vſq; adeo abiectam
& inopem eſſe. Conuerſus tum Phocion, cum mendicum quendam ſenem vidiſſet ſordido amictu præ-
tereuntem, illos rogat, num minoris ſe exiſtimarent, ꝙ iſtum: precantibus vt diceret meliora: Atqui pau-
cioribus inquit ꝙ ego viuit ille. Deſinite igitur me fruſtra obtundere. Ego enim argentum in caſſum ſum
pſero, ſi ſumpſero, pro eius amplitudine non vtar. Si vero vtar, dignam ego cum rege ipſo inuidiam & ſu
ſpicionem non euitabo. Nuntij perfecta viri conſtantia: ad regem cum auro redeunt. Omnem vero Gręg-
D ciam celebris eiuſce rei fama peruaſit, atq; perdiſputantium philoſophorum ſcholas increpuit quæſtio, vter
eſſet ditior: is ne qui aurum obtuliſſet, an qui in ſumma auri egeſtate aurum contempſiſſet. Indignatus
Alexander munificentiam ſuam Phocionis frugalitate & continentia ſuperatam: longe plura mittit de
integro, illud adijciens, amicum neminem ſibi putare, qui abſe non accipiat. At Phocion cum nihilo ſe- Alexander
gnius hoc auri reſpuiſſet, ne regis tamen videretur aſpernari liberalitatem, pro auro petit, vt quattuor
viros e vinculis ſolueret, quos varijs accuſatos criminibus, ſardibus coercuerat. Ait igitur Ieſus ad Zac-
chæum puſillum & magnum. Hodie domui huic (domus pro familia accipitur) ſalus facta eſt. Benedixit
enim dominus domui obededon ad ingreſſum arcæ teſtamenti 2. Reg. 6. Dicunt Hebræi, ꝙ vxor & con-
cubinæ & nurus & ancillæ pepererunt mares, & quadrupedes fœmellæ omnes geminos pepererunt fœ-
tus. Benedictio hęc temporalis eſt, communis & bonis & improbis (Hierc. 12. (domui autem Zacchæi ſa- Gene. 13.
E lus ęterna promittitur, eo ꝙ ipſe (ipſe autem poteſt referre domū, quę Gręcis eſt generis maſculini, ι κοs)
ſit filius Abraę: non carne ſed ſpiritu, ſed opere & veritate, ac pro inde de numero ſtellarum quas Abraā
iubetur computare pro filijs. Venit enim filius hominis quęrere ad ſaluum facere quod perierat, ouem cē-
tenariam, drachmam decimam, filium iuniorem. Luce. 15. Aſinam & pullum, &c. Matth. cap. 21. Videtur
autem hunc fuiſſe Iſraelitam publicanorum principem licet. Luce. 15.

Caput. xi. De homine nobili qui abijt in regionem longincam, & de tribus ſer-
uis quibus tradita eſt pecunia domini iuxta poſſibilitem vniuſcuiuſq;, & quid
ſupra ſortem Lucrati ſint ſinguli eorum. Et concluditur parabola.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Aec illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo ꝙ eſſet prope
Hieruſalem, & quia exiſtimauerunt, ꝙ confeſtim regnum Dei ma
nifeſtaretur: dixit ergo. Homo quidam nobilis abijt in regionem
longinquam, accipere ſibi regnum & reuerti. Vocatis aūt decem
ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, Matthæus. Vnī dedit. 5. talenta, alij
duo, alij vnum, vnicuiq; ſecundum propriam virtutem. Lucas. Et
ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autē eius oderant eū,
& miſerunt poſt illum legationem dicentes, nolumus hunc regna
re ſuper nos. Quod dicit Matth. cap. 25. ſecundum propriam virtutem, Græ-
ce eſt: dynamin. i. facultatem ſiue poteſtatem & induſtriam, vt ad vires non ad probitatem pertineat. F
Vnde illud ex prouerbio, non omnia poſſumus omnes. Sunt enim pauci quibus & virtus ſuppetit & res,
T. Liuius. Fœlix cui ſimul hæc ſunt data ſorte deorum inquit Theognis & T. Liuius. Non omnia eidem dij dede-
runt. Vincere ſcis Hannibal, victoria vti neſcis. Sed ad rem: Fuiſſe quoſdam ex diſcipulis Chriſti, qui opi-
narentur eum mox a diſpenſatione crucis regnaturum ſicut Dauid & Salomon, alias diximus, & in eadē
opinione fuiſſe multos domino aſcenſuro in cælum, Lucas teſtatur in Actis. cap. 1. Imo ſicut ex præſenti
loco conijcere licet, non ſtatim a morte & reſurrectione ſed ꝙ primum Hieruſalem perueniret quam ver-
ſus recta pergebat, regnaturum putabant: nihil aliud ſomniantes ꝙ quod Ioannes & Iacobus, qui quo-
niam audierant ſermonem de ſedibus. 12. Volebant vtrunq; latus claudere Chriſti. Illud interim obſeruā-
Matth. 19. dum, ꝙ hunc errorem noluit dominus etiam abiens excludere a mentibus eorum, ſed ſuſpenſos relinquēs
ac dubios, non eſt veſtrum inquit noſſe tempora quæ pater apud ſe habet diffinita de reſtituendo regno
Iſrael. Accipietis autem virtutem ſpiritus ſancti, & ille docebit vos omnem veritatem, & tempus reſti- G
Actu. 1. tuendi regni huius. Cæterum regnum Chriſti cuius qualitatis ſit, dictum eſt Matth. 20. ibi: indignati ſunt
ioan. 16. decem. Non enim armis conſtat a dominatione, ſed charitatē & humilitatem. Interim autem ꝙ regnum
hoc aduenit, ſicut oramus accidit patrem, Matth. 6. Illud vnum quæritur inter diſpenſatores pecuniæ do-
1. Cor. 4. minicę & regalium redditūum vt fidelis quis inueniatur in commiſsis ſibi talentis, nam velimus nolimus
diſpenſatores ſumus pecunię dominicę, de qua dominus præſentem ponit parabolam: dicens. Homo qui-
dam nobilis: eſt autem nobilitas iux philoſophum. 4. Politicæ antiquæ diuitię & virtus. Nobilitas autē
philoſoph. apud omnes in honore eſt. Item lib. 1. de hiſto. animalium: nobile eſt, id quod ex bono prodijt genere: Ge
neroſum aūt quod non a ſua natura degenerauit. Mores autem nobilium ſunt, vt ambicioſior ſit, qui ge
neroſior eſt. i. qui nobilior. Eſt igitur nobile ſecundum virtutem generis, generoſum vero quod non rece-
dit e natura: quod non contingit vt plurimum nobilibus, ſed multi humiles atq; deiecti ſunt. Et ſubdit phi
E loſophus. 4. Politicæ. Si quis in ciuitate excellat virtute, non dicendum eſt, vt talis viriſt de ciuitate pel- H
lendus, neq; gubernationi aliorum erit ſubijciendus. Putandum enim talem virum tanꝗ deum in homi-
nibus eſſe: ac pro inde cui omnes ſponte ſua parere debeant, ſitq; rex perpetuus in ciuitatem. Dicit autem
Plutar. Mirabile quiddam de Phacione. Certum eſt Phacionem quintum, ſupra quadrageſimum geſſiſſe
Phocion. imperium (erant enim principatus annui) cum nec ſemel ipſe comitijs interfuiſſet. Quod eo ſolet videri
maius: quo nihil eum in omnium vita popularis gratiæ cauſa vel feciſſe certe vel dixiſſe conſtat. Quin
imo ab illis artibus tantum abfuit, vt ſępiſsime plebi ſit acerrime contumelioſeq; aduerſatus. Sequitur ha
buerant ex delphis Athenienſis oraculum, cuius erat firme hęc ſententia. Vnum Athenis hominem eſſe ſo-
lum, qui aduerſus ciuitatem ſentiret: cum cęteris tamen omnibus idem eſſet in republica animus. Hoc vbi
publice recitatum eſt, exurgens Phocion, deſinite ciues inquit quem nam deus ea voce ſignificet de inceps
inquirere: vnus enim is ego ſum, cui placeat nihil eorum quę in republica nunc geruntur. De huiuſmodi
principibus merito dicere poſsis, Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Si igi- I
Genes. 41. tur nobilitas iuxta philoſophum eſt virtus cum diuitijs antiquis, neſcio ſi quem nobilem oſtendere poſsi-
mus hoc noſtro euo. Raro enim coeunt diuitiæ cum virtute, aut cum fœlicitate iuxta Hieronymum. At
Hierony. fœlix qui poſsit eſſe, ſine virtute? Veruntamen in domino noſtro Ieſu Chriſto vtrunq; facile eſt reperire
virtutes videlicet & diuitias virtutes, quia requieuit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & c̄. Eſai. 11. Cæterum
cum diues eſſet iuxta Paulum, pro nobis egenus factus eſt, vt eius inopia nos ditaremur. Quod ſi conſen-
taneum eſt iuxta philoſophum 4 Politicę ex melioribus ortos eſſe meliores, qui excellētiores ꝙ Abraam
Iſaac & Iacob, quorum deus ſigillatim dicitur deus? Exo. 3. Quod ſi & nobilitas gentis eſt homines eſſe
indigenas & vetuſtiſsimos, nec ex hac parte claudicat nobilitas Chriſti Siquidem Iudęi paleſtinam an-
2. Cor. 8. nis iam mille ſexcentis incolebant tempore natiuitatis Chriſti. Quia iuxta. S. Hierony. ſuper Eſai. cap. 1.
Duodecimo anno regni Ezechię. Romulus Romam condidit. Ezechias autem quintus decimus rex fuit K
Hierony. in Iſrael computando a Saul. Adde ad tempora iudicum (de quo vide. 3. Reg. cap. 6.) & intelliges quod
iuxta ꝙ dominus Ieſus Iudęus erat natione, nobilitate generis, claritate, antiquitate, virtute ſimul cū di-
uitijs fulget. Vocat ſe igitur dominus nobilem, non autem generoſum: quia non raro maiores ſui degene-
rarunt a probitate auorum & pro auorum, ſicut Salomon a probitate Dauid: Manaſſes a virtute Eze-
chię: Amō a ſanctitate Ioſię & cętera. Dominus igitur Ieſus nobilis & diues, eſt homo iſte qui dicitur
abijſſe in regionem longinquam, accipere ſibi regnum, vt regnaret ſuper duo regna. Eccleſia enim licet
ſit vnica. 1. vnum corpus; cuius Chriſtus dominus eſt caput, pars tamen eius in ſumma pace regnatur a
Chriſto, qui poſuit fines eius pacem (Pſal. 147.) & ipſe eſt pax eius. Pars autem altera adhuc bellum ge-
rit cum Amalechitis, quorum vox eſt, nolumus hunc regnare ſuper nos: non enim habemus regem preter
Exo. 17. cęſarem. ioan. 19. Subijciamus exempli gratia & animi ex paciandi mores vnius Romani principis, vt
Sabellicus. opposita

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

oppoſita iuxta ſi poſita magis eluceſcant. Heliogabalus imperator. Hic in lucernis Balſamum exhibuit,
roſeacea aqua piſcinas impleuit, fœnicem ſe conuiuis appoſiturum eſt pollicitus. Nauale certamen dedit
in euripo vini pleno. Totum triclinium inſtrauit croco, cum primores ciuitatis ad cœnam vocaſſet, eiuſ-
modi fœno dicens dignos, qui conuiuio adhibiti eſſent, porticum ſcobe auri, dolens quod nequiret electri.
Ventris excrementa auro excipiebat: Myrrhino vrinam. Domeſtice aliquando rogatus: an timeret pau-
per fieri, cui inquit melius hæres fuero, quam mihi & vxori meæ? Negauitque ſe ob id filios optare, ne quis ſibi
frugi naſceretur. Vectatus eſt nunc a ciuibus in quadrigarum ſpeciem iunctis: nunc a ceruis: nunc leonibus
Tigribusve: & quod proximum prodigio fuit, nudis mulieribus interdum vti, quæ vt quadrupedes cur-
rum traherent. Et neſcias vtrum tantus princeps maiore luxuria an ſtulticia laborauerit. Ad decem milia
pondo aranearum collegit: ex his ſe intelligere teſtatus, quam magna eſſet Roma. Exhibuit & decem milia
A murium, mille muſtellarum. Ridebat tam incompoſite: vt theatro pleno, vnus omnium ridens dignos ce-
retur. Vim ſerpentum maximam per Marſicæ gentis ſacerdotes quæſitam, ante Lucanis horis in multitu-
dinem miſit, quæ ſpectaculorum die in theatro vt moris fuit occupare ſolebat, quo terrore multi afflicti
ſunt, multi illorum morſu exanimati. Omnes vrbis meretrices & lenones pro contione affatus eſt: eas cō
militones appellās: ſingulisque donatim nomine ternos numerauit aureos. Et quia ex ſyris ſacerdotibus co
gnouerat fore vt violenta morte periret, ex ſerico & cocco habuit in tortos funes, quibus ſi neceſsitas co-
egiſſet, ſeſe ſuſpenderet. Habuit & aureos cultros, turremque eminentiſsimam auro & gemmis excultam,
vnde ſe præcipitaret: vt quoquo modo mori coactus eſſet, præcioſa vt dicere ſolebat eſſet mors ſua. Ha-
bebat & euripum roſacea plenum aqua ad eundem finem. Item venenum præſentaneum in aurea pixi-
de, vt mors tanti nebulonis omnino eſſet præcioſa. Galenus imperator nunciata patris captiuitate, ſciebā
inquit patrem meum mortalem eſſe. Statuam ſibi duplo maiorem Neronis colloſſa fieri imperauit, cuius Galenus.
B haſta eſſet infantis capax. De his ſpectris alias diximus, quibus tamen prohſuperi ceſsit Romanum impe-
rium. Abijt itaque homo hic nobilis iuxta quod homo erat in cœlum, ſpoliato tenebrarum principe: cum mul-
tis ijsque electis ſpolijs, de quibus dicitur, aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Pſal. 67. Reuer
tetur autem media nocte Matth. 25. aut iuxta Paulum tanquam fur. 1. Theſ. 5. Hoc eſt omnino inexpectatus.
Et vocatis decem ſeruis (alias autem vocatur. 10. virgines) dedit eis decem mnas ſiue minas. Mna vero &
libra & pondo fere idem ſunt. Mna pondus. 12. vnciarum & dimidiæ: pendet drachmas centū. Et ait illis.
Negociamini dum venio. Matthæus cap. 25. meminit. 5. talentorum, duorum & vnius. Quod ſi iuxta pro
phetam deus bonorum noſtrorum non indiget, quid eſt quod dicit, negociamini dum venio? Eſt inquit
Auguſtinus deus cum primis auarus ſalutis humanæ: ideoque quicquid in pauperes conferimus, ſibi acce- Auguſti.
ptum fert. Sex diebus negociari licet, in ſabbato manendum eſt domi. i. apud ſemetipſum. Exo. 16. & fruē-
C dum ijs quæ ſex diebus ſeminaſti. Siquidē quæ homine ſeminauerit, hæc & metet. Gala. 6. Interroga epu- Lucæ. 16.
lonem qui amicum nullum ſibi fecit ex mamona iniqua. Quæ eſt autem mna iſta aut talentum, pecunia
ve quam multiplicandam accepimus? Diximus. Lucæ. 15. de patre diuidente ſubſtantiā duobus filijs. Scri- Pſal. 8.
ptum eſt & Eccle. 15. deus ab initio conſtituit hominem, omnia ſubijciens pedibus ſuis oues & boues, &
reliquit illum in manu conſilij ſui, hoc eſt abijt in regionem longincam. Sinit enim vnumquemque noſtrū
vti arbitrio ſuo, qui tamen non raro inexpectatus adeſt dicens. Tibi dicitur rex regnum tuum tranſibit a Dani. 4.
te (ſicut regnum a Saul æconomo infideli ad Dauid fidelem) hoc eſt talentum tibi creditum (quia eo abu-
teris) alter accipiet, & ab hominibus eijcient te: & cum beſtijs erit habitatio tua, vt paſcas porcos, qui re-
gno abuſus es, &c. Sequitur ex eccleſiaſtico. Adiecit mandata & præcepta in quibus continetur qualiter
pecuniam domini augere debemus. Nemini mandauit impie agere, ſed honeſto labore & ſibi & pauperi-
bus victum conquirere iuxta Paulum, Epheſ. 4. Nemini dedit ſpacium peccandi. Sed dedit illi deus ſpaciū
D pœnitendi, & negociandi: ille autem abutitur eo in ſuperbia. Iob. 24. Quid ergo dixit? ingredimini viam
latam, coronate vos roſis, parentate vobis cotidie, comedite, bibite, lætamini? Lucæ. 12. Abſit. Sed nego-
ciamini. Appoſuit nobis ignem & aquam, vitam & mortem, bonum & malum: ad quod quiſque velit Sapien. 2.
porrigat manum. Negociare igitur vel cum Martha circa curam ſaucij illius. Lucæ. 10. Vel cum Maria cir
ca vnum neceſſarium. Et ſi dicas, homo iſte tam diues quare vnicam tantum minam dedit cuilibet ſeruo?
vide quod admodum multum eſt talis domini vel vnum talentum: quia libertas volūtatis quæ eſt tota ſub-
ſtantia rationale creaturæ nullo precio æſtimari poteſt. Hoc enim vnico talento ſi prudens negociator
fueris, licebit inſcari vnam illam precioſam margaritam: cum qua omnis pauper diues eſt, & ſine qua
omnis homo craſſo licet ditior, pauper eſt. Regnum Dei tantum valet quantum habes inquit Auguſt. Matth. 13.
Paulus vnam mnam accepit, & tamen plures fructus congregauit in horreis dominicis (1. Cor. 15. quam cæ- Auguſti.
teri apoſtoli ſimul. Non autem ego inquit? Quis ergo? Gratia Dei mecum: & hæc eſt mina, ipſa eſt talē-
E tum. Tu igitur vide ne gratiam hanc, minam vel talentum in vacuum accipias, vel dormitando cū He- 2. Cor. 6.
lia. 3. Reg. 19. vel expendendo cum meretricibus. Lucæ. 15. Vel commutando pro lentibus cum Eſau. Vel Genel. 25.
curam carnis faciendo, ita vt dominetur Agar, & Sara deſeruiat. Geneſ. 16. Et iſti ſunt ciues mundi filij
Cain, de quibus nunc ſequitur. Ciues autem eius oderant eum: nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Ge-
neſ. 37. Veritas enim odium parit nonnunquam & mortem. Bene igitur odij ſeminantium in regem ſuum, quod
traducebat ciues iſtos in populo, dicens: implete menſuram fratrum veſtrorum & patrem. Quoniā pri- Matth. 23.
mum igitur rex noſter abijt in regionem longe. Iudæi coniurati legationem mittunt, dicentes: Nolumus
&c. De hac habes in actis cap. 28. ibi, Rogamus te Paule fratre audire quæ ſentis: Nam de ſecta hac (au-
dis coniuratorum vocem) notum eſt nobis, quod vbique ei contradicitur. Et vnde notum eſt vobis o ingratiſ-
ſimi & homicidæ ciues, niſi ere legatione ad vos miſſa a ciuibus Hieroſolymitanis: Qui ita ſcripſerunt:
Cæſarem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Cæſarem ſuper nos regem accepimus quia ita res ferebat,ne tota gens Iudaica funditus interiret.Vos bo
Ioan.19. ni conſulite,& tenete quod tenetis,hunc autẽ nolumus regnare ſuper nos.Sed luſerunt operas ſuas, quia
iugum Cæſaris ſuſcipientes,poteſtatem regis regum non effugerunt, dicente propheta, imo deo patre per
os eius:ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Pſal.109.Erat autem Saulus vnus e numero cõ-
3.Reg.18. iuratorum iſtorum, & iſte vnus pro decem milibus computabatur ſicut habes in Actis. cap. 8. & cap. 9.
Huic igitur velut coniuratorum capiti & autori rex nobilis in altero confidens regno legatum miſit qui
diceret.Tu Saule qui me præter cæteros perſequeris,vide ne octi pedem excites,nam durum eſt tibi cõtra
Pacuuius, ſtimulum calcitrare.Velis,nolis:ego regnabo.Inſeramus huic operi orationem pacuuij ad campanos,diu
optaſtis o campani veſtros ſenatores tollere e medio. At certe ſcio,quãdo optatæ cędis poteſtas ſiet a me
vobis:(Clauſos enim omnes vt oportuniores ad iniuriam habetis)nolle vos ſine ſenatu eſſe, neq; etiam
expediret ciuitati publico conſilio carere. Legendi igitur noui ſenatores ſunt . Conijciam igitur pro inde F
ſingulorum nomina in vrnam,ac quotus quiſq; eorum fuerit ſorte ductus, de eius capite vt libitum fue-
rit ſtatuetis,ſed priuſq; de ſonte ſummatur ſupplicium,in damnati locum alius eſt vobis ſenator coaptã-
dus, atq; ita vno tempore inimicos vlciſcemini & nouum ex ſententia ſenatum habebitis. Aſſenſa eſt
multitudo,nomenq; vnius ſorte eductum omnes deteſtati: dignum ſupplicio conclamant . Video inquit
pacuuius,quę ſit veſtra de homine ſententia:(crucifigatur )agite nunc,& priuſq; ſupplicio afficiatur, v-
num aliquem in locum eius coaptate:Cęſarem regem volumus. Tum vero cum vnus atq; alter nomina
ri cœptus eſſet: Eorumq; nomina vulgo ſorderent: neq; quiſq; exiſteret, cui non ignauia aut obſcuritas
generis aliud ve ſordidũ obijceretur : eſſentq; pleriq; non tam ad dignitatem ꝙ ad audienda probra no-
minati,ſenſim ex concione & cum rubore plebs dilapſa eſt:notiſsimum malum maxime tolerabile eſſe di
ctitans,remiſſoq; odio:ſenatum cuſtodia educi iuſsit. Senatores & ipſi iam inde obſequentiores in plebẽ
facti: facile eum ordinem ſibi beneuolentia deuinxere. Factum eſt autem vt rediret accepto re- G
Matth.25. gno. Et iuſſit vocari ſeruos quibus dedit pecuniam:vt ſciret quantum quiſq; nego-
ciatus eſſet. Tu autem obſerua ſeruum illum qui accepto vno talento vel mina:inuentum eſt inita ra-
tione,debere domino ſuo talentum decem milia. Tantũ enim ęris domini dilapidaſſe conuictus eſt ſub-
ducta ratione,quantum lucrari potuiſſet,ſi omnem moueret lapidem, vt augeret pecuniam dominicam.
Venit autem primus dicens. Domine mna tua(ecce impendium)10.mnas acquiſiuit. Lu-
crum totum vir iſte totum gratiæ Dei tribuit. Et ait illi. Euge ſerue bone quia in modico fui-
ſti fidelis:eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates. Gręce.i.bene ſeu recte ſerue,quaſi
dicatur illi illud ex apoſtolo,bonũ certamen certaſti:curſum cõſumaſti fidẽ ſeruaſti. Euge inquit,vt intel-
ligas ꝙ feſtine deus ſuſcipiet ſeruos ſuos portãtes manipulos ſuos.Euge ergo interiectio eſt collaudãtis &
applaudentis fidelitati ſerui:qui commiſſam ſibi exornauerit prouintiam,quiſq; rem domini ſui in decuplo
multiplicaſſe inuentus eſt. De hoc Geneſ.cap.31. Viginti annis paui gregem tuum : oues tuę & capræ ſte- H
riles non fuerunt,&c. Et cap.30. Modicum habuiſti (vox Pauli ad dominum Ieſum Chriſtum,ſi licet ita
Rom.15. loqui)anteq; venirem ad te,& nunc diues affectus es: bene dixitq; tibi deus ad introitum meum. Ipſe eſt
qui pené totum orbem repleuit euangelico ſemine. Et nunc inquit non habens locum in his regionibus,
Hiſpaniam inuiſere decreui. Ita Paulo locus in quo pecuniam ſibi creditam multiplicaret prius defecit, ꝙ
Mar.10. cupiditas negociandi. Merito igitur ſeruus iſte bonus (nemo tamen bonus pręter vnum deum) ſupra de-
cem ciuitates conſtituitur : vnde vocatur a domino vas vel organum electiſsimum. Quod autem iuxta
Actu.9. Matthęum vni traduntur.5.talenta,alteri duo,alij vero vnum,hic autem ſinguli ſerui ſingulas acceperũt
libras,non refert. Nam hic oſtenditur ꝙ nullus ſit expers liberalitatis diuinę, quia omnes ęque liberi con-
diti ſumus,aut libertate donati in morte Chriſti:in Matthęo autem, nõ pro largitate & parcitate dantis,
Gala.4. alter maius & alter minus tribuitur,ſed pro accipientium viribus:quia multis licet tradita ſit pecunia euã-
Libertas. gelica:vnus tantũ vocatur vas electionis actu.9. In cuius ore inuentus eſt Cyphus argenteus, Gene.44. I
Eloquia autem Dei argẽtum igne examinatum:& purgatum ſepties. Pſal.11. Quod autem dicit Lucas:
Eris ſupra decem ciuitates,& Matthęus,intra in gaudium domini tui,vtriq; dicitur vtrunq;:quia vterq;
inuentus fidelis in commiſſa ſibi pecunia:vocatur ad requiem ęternam,id eſt gaudiũ domini tui: & quia
vnuſquiſq; mercedem accipiet iuxta proprium laborẽ.(1.Cor.3.)qui latius luxerit vita & doctrina, altius
ſedebit in ęterna retributione,quia ſtella a ſtella differt cum luce tum & ſitu.1.Cor.15.Obſeruandum etiã
ꝙ vterq; audit:ſuper pauca vel in paucis fuiſti fidelis:Quia non ſunt condignę paſsiones,&c.Rom.8.
Et Paulus ipſe ſiue Ioãnes Baptiſta vix vna hora laborauerũt in vinea patris familias. Matth.20.Ita di-
cit Paulus.2.Cor.4. Quod eſt momentaneum & leue laboris noſtri. Id ſignificat dominus, cum iugum
ſuum vocat ſuaue.Matth.11. Item ſapien.3.in paucis vexati,in multis bene diſponentur:quę in cor homi-
nis non aſcenderunt. Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit.5.mnas , Et huic ait. K
Cap.25. eſto ſuper.5.ciuitates. Quia inquit cum res meę eſſent anguſtiores (notus in Iudęa deus. Pſal.75.)
in exigua pecunia declaraſti te fidelem:nunc rebus meis auctis:par eſt vt particeps ſis amplioris princi-
tus:Eſto prępoſitus.5.ciuitatũ. Vnde illud ex prouerbio,iucũdi acti labores:ea ipſa hominũ natura ſum-
ptum. Eſt enim hoc inſitum omnibus,vt iucunda cuiq; ſit ante actorum bonorum,aut periculorum ſecu-
ra recordatio pręſertim inſignium,veluti bellorum & naufragiorum:atq; id genus diſcriminum. Ita dixit
Seneca:quod fuit durum pati: meminiſſe dulce eſt. Nihil verius. Forſitan hęc olim meminiſſe iuuabit. E
contrario legimus de epulone cui ad augmentum malorum dicitur:Recepiſti bona in vita, Luc.16. Et
tertius venit dicens. Domine ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario. Timui
enim te quia homo durus vel auſterus es, & tollis quæ non poſuiſti : metis vbi non
ſeminaſti.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſeminaſti, & congregas inde vbi non ſparſiſti. Et timens abij & abſcondi talentum
in terra, iuxta Matthæum. Quod igitur Lucas dicit, minam repoſitam in ſudario. Ad Matthæus dicit, ſo
diens in terram, abſcondi talentum. Talentum in terra infodere, eſt acceptum ingenium terrenis actibus
implicare: radices in terra figere. Hiere. 12. & non annis. 18. terram intueri (Lucæ. 13.) ſed toto æuo oculos
ad cælum nunquam leuare: cæleſtem patriam nec a limine ſalutare, lucrum ſpirituale non quærere ſemper de
amplandis horreis cogitare. Theophyl. in ſudario inquit repoſita, dominus mortuus in ſudario inuolutus
fuit, & Lazari facies in ſepulchro ſudario obuoluta fuit. Merito igitur ignauus ille ſudario inquit recon- Theoph.
ditum fuiſſe donum. Mortuum enim illud fecerat & inefficax, non euoluens, neque lucrum faciens. Adeo Ioan. 11.
inquit non profudi, vt nec attigerim. Origenes. Tu autem obſerua verbum Pauli dicentis: Væ mihi eſt, ſi
non euangelizauero. Mirum eſt enim quod non propter aliam quamcunque vituperabilem conuerſationem Origenes.
A ſuam, ſed propter hoc ſolum, ſi non prædicauerit euangelium: væ ſibi confitetur futurum. Manifeſte enim 1. Cor. 9.
appareret, quoniam ille ſperauit audire, ſerue male & ignaue, niſi euangelizaſſet: quamuis alia vitæ eius re-
cta fuiſſent. Qui enim miſit manum ad aratrum quo ſulcantur animæ (Lucæ. 9.) non debet ceſſare a ſemi
ne: vt ipſe particeps fructuum eorum fiat. Ad hæc Auguſtinus, ſunt homines hac ſibi peruerſitate blandiē-
tes, vt dicant. Sufficit vt de ſe vnuſquiſque rationem reddat, quia inquit nō ſum cuſtos fratris mei. Gene. 4. Auguſt.
Quid opus eſt alijs prædicare, vt etiam de ipſis rationem reddere quis cogatur? Cum apud dominum illi
etiam ſint excuſabiles, quibus lex data non eſt, quia per creaturam poterant cognoſcere inuiſibilia Dei. Rom. 1.
Hoc eſt enim quaſi metere vbi non ſeminauit, id eſt eos etiam reos impietatis tenere in quibus verbū le-
gis aut euangelij ſeminatum non eſt. Alias autem ſeruus hic ignauus de plano nugatur dicendo, dominū
durum eſſe. Quomodo enim auſterus eſt, qui ſeruum deſidem tanta donauit pecunia? qui pro fœnore in-
iuriam repenſit dicens, ſcio quod ſis homo auſterus, & lucri auidus. Similiter autem nugatur in eo quod ſe
B quitur: Tollis quæ non poſuiſti, & metis vbi non ſeminaſti. Lex naturalis nulli defuit, ſicut dictum eſt
Lucæ. 8. Ibi exijt qui ſeminat. Seruus autem iſte non ideo talentum acceperat: vt in terram ſepeliret vel li-
garet in ſudario. Theſaurus enim abſconditus & panis integer, quæ vtilitas in vtroque? Eccle. 20. Ad hæc
Origenes. Omnia quæ a iuſto ſeminantur tam in operibus quam & in verbo, & metuntur ad vitam æterna,
metit deus. Quod ergo iuſtus ſeminat, metit deus. Scriptum eſt enim, diſperſit dedit pauperibus, dominus Origenes.
autem in ſinu ſuo colligit vniuerſa quantūcunque iuſtus diſperſerit. Metens autem quæ non ſeminat, &
congregans quæ non ſparſit: ſibi arbitratur eſſe collata quæ pauperum viſceribus includimus: dicēs, quod
vni ex minimis, &c. Matth. 25. Vere autem auſterus eſt, ſed his qui abutuntur Dei patiētia (Dei pecunia) Pſal. 111.
ad excuſandas excuſationes in peccatis. Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viuentis. Hebræ. 10.
Ad hæc Hieronymus. Qui debuit inertiam confiteri: & orare patrem familiæ. E contrario inertiæ addēs Pſal. 140.
C ſuperbiam: calumniatur, & dicit: prudenti ſe feciſſe conſilio: ne dum lucra pecuniæ quæreret. Etiam de ſor- Hierony.
te periclitaretur. Chryſo. Et enim nullum valde magnum poteſt eſſe officium, quando nullum in proxi-
mos lucrum confertur. Moſes multa fecit miracula: ſed nullum tam magnum eum fecit: vt beata illa vox Chryſoſt.
quam ad deum habuit: aut dimitte eis, &c. Exod. 32. Ionas autem non alijs ſed ſibi ipſi proſpiciens, pene Moſes.
periclitatus eſt, & ciuitas conſeruata, ipſe vero agitatus & obrutus fluctibus, officium impleuit, fortaſsis Ionas.
ſine mercede. Vnde Paulus. 1. Cor. 10. Nemo quod ſuum eſt quærat (o vocem tanto viro dignam) ſed quæ
aliorum. Chryſo. Agricola non ſibi tantum ſeminat, nec miles ſe tantū tuetur, nec mercator vt ſibi tantū
prouideat. At dices, vt ſibi quiſque iſtorum prouideat, curātes quæ ſunt proximorum. Ita eſt. Tūc ſibi quiſ- Chryſoſt.
que conſulit: cum quæ ſunt proximorum curat. Nam cum aliter proximi comodum non eſſent homines
curaturi, niſi in hac conſtituti neceſsitate: propterea deus iſta ea coniunxit, & nō permittit vt in propriā
quiſque veniat vtilitatem: niſi per alienam tranſeat. Sequitur. Dixit ei dominus. De ore tuo te iu-
D dico ſerue nequam & piger. Sciebas quod ego homo auſterus ſum, tollens quod non po-
ſui, & metens quod non ſeminaui, & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam
vel nummularijs: & ego veniens cum vſuris vtique exigiſſem illam? Hieronymus. Si du-
rum & crudelem me noueras, ac cumini ſectorem, ibique metere vbi non ſeminaui, quare non tibi iſtius
modi cogitatio incuſsit timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum? Si enim meto vbi non ſemina- Hierony.
ui: quæ ſeminaui exactius exquiram. Ex quibus verbis intelligimus inquit Hierony. Etiam gentium &
philoſophorū bonam vitam recipere dominum, & aliter habere eos qui iuſte, aliter eos qui iniuſte agūt.
Seipſum igitur condemnat ſeruus iſte, & in ſuū ipſius caput protulit ſentētiam, (2. Reg. 12. capite, dignus
eſt morte qui fecit hanc rē). Nam quoniam durus erat, debebat ſollicitior eſſe, vt pote crudelem dominum
& durum ſortitus. Nummularij ſane ſunt diſcipuli: tanquam hi qui probent & reprobant ſermones prædicā- Theophy
tium. Serue inquit nequam tuo te ipſum gladio iugulo (alter Goliath) litteras Vriæ portare videris. Dum
E enim tu ignauus negociator talentum tenes, alterius locum qui pecuniam multiplicare poterat velut ficus
ſterilis occupaſti. Mea erat ſors non tua: induſtriam tuam ſeruus cum ſis debebas domino tuo. Si igitur
poſtquam fecerimus omnia quæ iuſſi ſumus loco ſeruorū inutilium cenſemur. (Lucæ. 17.) deſides & ſignes,
& domini noſtri inſuper inſimulatores, quo loco conſtituemur? Vide quid ſequitur in textu. Et aſtanti-
bus dixit. Auferte ab illo minam: & date ei qui habet decem minas. Et dixerunt. Do- Lucæ. 19.
mine habet decem mnas. Dico autē vobis quod omni homini habenti: dabitur, & abun
dabit, ab eo autem qui non habet: & quod habet auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum
proijcite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & ſtridor dentium. Ad hanc igitur tam
ſeueram ſed iuſtam increpationem obmutuit ſeruus, quippe qui conſcientia teſte contra ſe loquutus eſt,
interim culpam ſuam referens in mores domini ſui. Ambroſius. Dignus enim fuerat perdere inutilem fidē Ambroſius.
qui non

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

qui non exercuerat charitatem. Semen enim quod iacitur in terram, non ob hoc iácitur, vt ſatum tantum
Regulę. remaneat, ſed vt fru[..]um afferendo, multiplex ac numeroſum ſit. Auferte inquit ab eo minam. Et nonne
Eſai.26. decet conceſſum a principe beneficium manere perpetuum? Sed meretur priuilegium amittere, qui con-
ceſſa abutitur libertate. Miſereamur impio, & nō diſcet iuſticiam, ſed indurabit cor cum Pharaone. Au-
ferte ab eo minam, quia ſemel malus, deſes, ſegnis, ignauus & infidelis, ſemper perget eſſe ſui ſimilis. Et
ſerui, ſatis inquiunt diues eſt domine ſeruus ille, qui habet.5.talenta vel decem mnas. Eſto, veſtra nihil re-
Matth.20. fert, pecunia mea eſt. An non licet mihi de meis facere quod libitum eſt? Ipſa certe æquitas id repoſcit, vt
qui auxit patrimonium domini ſui, ſentiat & partem lucri, ſentiat honorem, qui ſubijt onus. Qui enim
Prouer.19. ſocij ſunt paſsionis, &c.2.Cor.1. Sic ex oppoſito, qui per ſocordiã talentum defodit, & abſcondit manus
ſuas ſub aſſellis, ablato talento, ligatis manibus, proijcitur, &c. Sic dictum eſt Sauli qui abutebatur talē- F
to, regno videlicet, ſcidit dominus regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud meliori te.1.Reg.15. Hodie in-
quit ſcidit dominus regnum, & tamen multis poſtea annis regnauit. Sed videbatur eſſe rex, nec tamen
Saul. erat, niſi forte Tragicus rex iuxta Prouerbium, ideoq; quod videbatur habere, penes Dauid erat, tranſla-
to regno a tribu in tribum. Auferat inquit a facie mea fornicationes ſuas, ne forte expoliem eam nudam,
& ſtatuam eam iuxta diem natiuitatis ſuæ, de quo dicitur: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. Iob.
2.A.Gellius.lib.2.cap.6. Nemo quiſq; tam efferis eſt moribus, quin faciat aut dicat non nunq; aliquid,
A.Gellius quod laudari queat. Sed enim qui omniū in re atq; omni tempore laude omniū vacat, is illaudatus eſt,
vere neq;, omnium peſsimus & deterrimus, ſicuti omnis culpæ priuatio inculpatum facit, inculpatus au
Oſee.2. tem inſtar eſt abſolute virtutis, ſed & altero modo illaudatus dicitur, quaſi illaudabilis & innominabi-
lis, qui neq; memoria vlla dignus, neq; vnq; nominandus eſt. Sicuti quondam a communi conſilio Aſiæ
decretum eſt, vti nomen eius qui templum Dianæ Epheſiæ incenderat nequis vllo in tempore nomina- G
ret. Et hoc eſt quod dicitur, proijcite eum in tenebras exteriores, vbi nec memor ero eorum, vtrum ali-
quando fuerint, qui virtutis quidem ſignum vllum valuerunt oſtendere, in malignitate autem ſua con-
Pſal.19. ſumpti ſunt. Sapiē.5. Omnium inquit habenti dabitur & abundabit, &c. Non enim refert vtrum nō ha-
beat: vel habeat defoſſum vel ligatum in ſudario. Hieronymus. Et eleganter dicit, videtur habere, quic-
Hierony. quid enim ſine fide Chriſti eſt: non ei debet imputari, qui male eo abuſus eſt, ſed illi qui malo etiam ſeruo
Chryſoſt. naturæ bonum tribuit. Chryſo. Qui habet: Tale eſt quod dicit, cum quis magno deſiderio virtutem in-
quirit, tunc ei ex deo cuncta pręſtabūtur. Cum autem nullo ſtudio ad recte faciendum pronus eſt, diuinū
ei auxilium non conceditur. Non aufert certe deus, ſed non præbet indignis patrocinium ſuum, de quo vi
Dani.4. de Iudi.cap.10. Ibi: Non addam vt vltra vos liberem. Si igitur piger ad erogandum pecuniam domini, te-
nebris perpetuis traditur a iuſto domino, quid expectare debent, qui cum luxu expenderunt? Tu igitur ſi
ſapis, peccata tua eleemoſynis redime: ſicut ſcriptum eſt, ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum. H
Auguſti. Pſal.71. Auguſtinus. Quæ ſunt iſtæ vſuræ, niſi peccata? quæ etiam debita nominantur. Matth.6. Vſuras
autem appellatas puto, quia plus mali inuenit[u]r in ſupplicijs, q̃ commiſſum eſt in peccatis. Nam (verbi
Luce.18. gratia) cum homicida corpus tantum hominis [p]erimat, ipſius & omnia & corpus perditur in Gehenna.
Ita & hoc loco, non ſolum aufertur talētum a ſeruo neq;, quin & ipſe traditur iudici, qui nec deum timet:
nec homines veretur, de quo dicitur, diabolus ſtet a dextris eius. Pſal.108. Ab illis igitur qui pecuniā do-
mini apud ſeſe detinent, ſuam autem dederunt ad vſuram, aufertur talentū. Hilarius. Tu mādaſti mādata
Hilarius. tua cuſtodiri nimis. Pſal.118. Nihil igitur diſſoluto animo, nihil in curioſo agendum eſt. Maledictus enim
Hiere.48. qui opus Dei facit fraudulenter, ſed ſollicitos atq; anxios curam madatorum Dei exequi nos oportet, &
Lucæ.17. adhuc ſerui ſummus inutiles. Ad hæc Hieronymus. Iuxta litteram hic eſt ſenſus. Non inæqualitate iudi-
Hierony. cij habentibus additur, & non habentibus, id quod videntur habere aufertur, ſed q̃ apoſtolis in Chriſto
Rom.3. habentibus fidem, etiam ſiquid minus virtutum habeant conceditur. Iudæis autem incredulis etiam ſiquid I
per naturæ bonum poſsident, tollitur. Habuerunt gratiam poſsidendi, quibus credita ſunt eloquia Dei,
1.Cor.13. ſed non habuerunt gratiam vtendi. Non eſt autem fortis qui habet arma, ſed qui vtitur armis, & aggre-
ditur difficilia. Itaq; iuxta Auguſt. ſuper. Pſal.146. qui habet linguas angelorum. Fidem & martyrium,
Auguſti. &c. Si charitatem non habet erga fratrem, omnia hæc quæ videtur habere auferentur ab eo. Auferetur
ei quod habet: quia quiddam non habet, & ablatis omnibus, detrudetur in tenebras interiores, quas refe-
rente Origene quidam ſic expoſuit: & dixit eſſe extra totum mundum, vt quaſi indignus toto mundo, in
Origenes. abyſſum extra omnem mundum eijciatur: cui melius erat natum non fuiſſe. Matth.26. Carceres enim &
tenebræ huius mundi non ſunt niſi vmbra, & velut tragœdia quædam in pariete de picta, ſi conferantur
ad illa, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror in habitat, deus miſereatur noſtri. Verūtamen inimi-
Iob.10. cos meos illos qui noluerūt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. K
Luce.19. De hoc dicetur fuſius ibi, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam: hoc eodem capite.19. Cæterum quomodo
& olim Iudæi ſe ſubduxerint a iugo euangelij, cæſis denunciantes apoſtolis, ne omnino meminiſſent no-
minis Ieſu ad populum (actu.4.) & quomodo nunc diſperſi in quatuor ventos cęli pertinaci & adaman-
Zacha.2. tino corde adhęreant ſuo Moſi, præſtolantes neſcio quem Chriſtum, nemo non videt. Multi tamen ex il-
Oſee.3. lis conuertentur ad veſperam ex illis qui nunc ſedent ſine rege & ſine ſacerdotio, & quærent dominum
Ioan.19. deum ſuum & Dauid regem meſsiam ſuum, quem olim legatione miſſa, deprecati ſunt regem dicentes:
Apoc.1. omnis qui ſe facit regem, contradicit Cæſari. Qui autem increduli perſtiterint, occidentur gladio illo v-
Ioan.12. trinq; incidente, qui procedit ex ore agni.

Caput

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Caput.xij. De cœna facta domino Bethaniæ: in qua Lazarus vnus erat ex con
uiuis, Maria pedes domini vnxit, & exterſit. Quidam ex diſcipulis id moleſte
tulerunt, maxime Iudas, quaſi curam habens pauperum. Ad hæc reſpondit do
minus, ſemper pauperes habebitis: me non ſemper, opus bonum quod opera-
ta eſt, in toto mundo dicetur.

IEſus ergo ante ſex dies paſchæ venit Bethaniam, vbi fuerat La-
zarus mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam:
Matthæus, In domo Simonis Leproſi, Ioannes, & Martha miniſtra-
bat. Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus, Quoniam iuxta ſen-
A tentiam apoſtoli Hebr.10. Vmbras tantum habuit lex non veros colores, non ipſas
imagines rerum, oportet Moſen iam tandem velum ſuum deponere, (Exo.34.) vm Ioan.15.
bras cedere, quoniam tempus putationis adeſt, in quo vita noſtra vitis vera putã-
da eſt falce mortis, immolandus eſt aries ille qui hæſit olim inter vepres (Geneſ.22.) Eſai.55.
qui pro tranſgreſſoribus orauit, vt non perirent. Quæ eſt igitur vmbra quæ cedere
debet veritati? Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnum per familias. Et ſciendum iuxta Abu- Exod.12.
len. ꝙ præceptum hoc de tollendo agno.10. die non erat neceſſarium, niſi pro illa vice dumtaxat, videli- Abulen.
cet ne occupati circa multa pro adornando itinere, obliuiſcerentur tollere agnum. Sufficiebat igitur ꝙ im
molaretur die.14. menſis. Verum quoniam ſcriptum eſt, Iota vnum vel apex non præteribit a lege, quin Matth.5.
opere expleatur, etiam in parte hac voluit dominus legi facere ſatis. Vnde inſtante paſcha, ipſe ante ſex
dies venit Bethaniam, ſequenti die ideſt decima menſis conſcenſurus Hieruſalem. Deniq; & Iudæi iuxta
B Theophyl. In cœna quæ præcedit hunc diem decimum, lautius epulãtur, & initia feſtiuitatis illo die opi-
paro epulo auſpicantur. Ita & dominus qui debuit per omnia fratribus aſsimilari, ſimul cœnauit cũ ſuis, Theophy. Hebr.2.
iuxta quod dicit nunc Ioannes. Et obſeruandum ꝙ decima die.1. in lege tollitur agnus, & quarta decima
immolatur, id eſt in euangelio. Dominus ergo prouidit ſibi de victima (Geneſ.22.) In qua nulla eſſet ma
cula, quia ipſe tollit peccatum mundi. Venit autem Bethaniã, quæ domus obedictiæ interpræetari poteſt, Ioan.1.
quia patri obediens: crucem aſcendit. Venit Bethaniam, vt recentis miraculi memoriam renouaret, & re- Philip.2.
ſurrectionis ſpem imprimeret diſcipulorum animis, quos ſciebat morte ſua vehementer deſponſuros ani-
mum. Erat & locus ille ob vicinam ciuitatem celebrior. Ibi ergo parata eſt cœna domino in domo Simo
nis quondam Leproſi, quem nonnulli dicunt. Sicut refert Theophyl. Fuiſſe patrem Lazari, Mariæ & Theophy.
Marthæ. Miniſtrabat autem Martha, memor ſaræ matris ſuæ: quæ cum tot ancillas haberet domi, ipſa
tria ſata commiſcuit, & fecit ſubcineritios panes. Geneſ.18. Lazarus vnus erat ex recumbentibus. Quãta
C dignatio bonitatis Chriſti, nudius tertius olebat in ſepulchro eſca vermium: Hodie conuiua eſt Chriſta. Ioan.11.
Auguſtinus, ne putarent fantaſma eſſe factum, quatriduanus mortuus ſurrexit: Lazarus vnus erat ex di Auguſt.
ſcumbentibus, qui ſicut viuebat vere: Ita vere epulabatur, & interim infidelitas Iudæorum confundeba- Luce.10.
tur. Lazaro igitur diſcumbente, & Martha ſatagẽte circa multa, num Maria ocioſa ſedebat ad pedes Ie-
ſu? Abſit. Omnia tempus habent, tempus audiendi verbum Dei, & tempus cuſtodiendi illud, hoc eſt tẽ- Luce.11.
pus opere exhibendi & re quod uerbum Dei præcipit. Sequitur. Et cum diſcumberet veniens mu
lier Maria, accepit libram vnguenti nardi piſticæ præcioſæ. Iuxta Ioannem, Matthæus,
Alabaſtrum vnguenti præcioſi. Marcus, Alabaſtrum vnguenti nardi ſpicatę præcio-
ſæ, & vnxit pedes Ieſu: & exterſit capillis ſuis pedes eius, prius exterſit pedes capillis &
mundos vnxit vnguento. Et fracto alabaſtro: effudit ſuper caput ipſius recumbentis: &
D domus repleta eſt ex odore vnguenti. De pœni.di.1. quantuelibet. De muliere quæ eſt apud
Matthæum & Marcum verum fuerit hæc Maria nec ne non apud omnes conuenit. Ad hæc Origenes.
Non eſt credibile, vt Maria quam diligebat Ieſus: ſoror Marthæ, quæ meliorem elegerat partem, vt pec- Origenes.
catrix in ciuitate fuiſſe dicatur. Lucæ.7. Et putas ꝙ mulier quæ iuxta Matthæum & Marcũ effudit ſuper
caput Ieſu præcioſum vnguentum, e ventu non ſcribitur fuiſſe peccatrix? Quæ autem iuxta Lucã pec-
catrix refertur, non fuit auſa ad caput Chriſti venire, ſed lachrymis pedes eius lauit, quaſi vix ipſis pedi-
busdigna. Quæ autem iuxta Ioannem eſt Maria, neq; peccatrix neq; lacrymans introducitur. Videtur
autem mihi tres fuiſſe mulieres: de quibus ſcripſerunt euangeliſtæ. Vnam de qua Matthæus & Marcus,
alteram de qua Lucas, tertiam de qua Ioannes ſcripſit, quæ vocatur Maria, & Ioan cap.11. Vocatur ſe-
pties Maria, & nunꝗ Maria Magdalena. Quod enim dicitur quo tempore factum fuerit: poſſumus di-
cere, eam quæ refertur apud Matthæum & Marcum. Mariam eſſe: de qua nunc Ioannes loquitur ꝙ vn-
E xerit pedes, ibi autem caput. Neq; obſtat quod dicitur: illum factum fuiſſe biduo ante paſca, quia illud e-
uangeliſtæ recapitulando dicunt, ſicut & Ioannes cap.11. anticipando. Nam ſi de altera muliere Matth. &
& Marcus loquuntur, Ioannes de altera, quomodo ſemel increpati diſcipuli, quaſi male indignantes de fa
cto mulieris, non ſe emandauerunt, vt ne ſuper alteram mulierem ſimiliter facientem indignarentur? Re-
ſpondet Origenes. Sciamus ergo apud Matthæum & Marcum diſcipulos indignatos ex bono propoſito,
apud Ioannem autem ſolus Iudas furandi affectu. Sed nos hac ſolutione non egemus, ſi legamus textum
ſicut poſitus eſt iuxta Ioannem Gerſonem, & ſicut a nobis poſitus eſt, ita vt eadem mulier Maria videli-
cet in eadem domo in eadem cœna primum vnxerit pedes domini, & exterſerit capillis ſuis, & tum fracto
alabaſtro effuderit ſuper caput ipſius. Vnde dicit Origenes, dicet autem aliquis Paulo audatior, forſitan Origenes.
ſecundum hiſtoriam vna quædam mulier fuit, quæ tale aliquid fecit Chryſo. Hæc mulier vna & eadem Chryſoſt.
apud

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

apud omnes euangeliſtas eſſe videtur,meo autem iudicio eadem eſt apud tres. Alia vero quædam & mi
Hierony. rabilis Lazari ſoror apud Ioannem Hieronymus. Nemo putet eandem eſſe, quæ ſuper caput effudit vn-
guentum:& quæ ſuper pedes. Illa enim apud Lucam & lachrymis lauat,& manifeſte meretrix appella-
tur,de hac autem nihil tale ſcriptum eſt. Nec enim poterat ſtatim capite domini meretrix digna fieri. Verũ
autem illa de Matthæo & Marco fuerit Maria de qua Ioannes, Hieronymus non diffinit. Effudit igitur
Chryſoſt. ſuper caput Chriſti. Chryſo. Quod ſi hominem aſſumere & vtero mulieris geſtari, & educari lacte non
recuſauit,cur miraris,ſi hoc etiam protulit? Sicut enim pater eius odoratus eſt odorẽ ſuauitatis(Geneſ.8.)
ſic & ipſe mulierem ſuſcepit,mentem & animum eius conſiderans. Sic olim ſuſcepit munus trium illuſtriũ
Matth.2. virorum,aurum thus & Myrrham. Nam & Iacob olim ſtatuam deo inunxit,fuſo oleo de ſuper. Gene.28.
Quod autem dicit Nardum Piſticam veram & abſq; dolo intellige, vt fidem eccleſiæ demonſtraret. F
Valla. Valla autem exiſtimat piſticam vocari probatam & ſpectatam, arguens Auguſtinum, qui putet a loco
dici. Cæterum Dioſcorides complura Nardorum genera commemorans quibus cognomina ſint a locis
Plinius. addita,piſticæ nullam mentionem facit,ſed neq; Plinius. Hugo interpretatur vnguentum mixtum,quod
non ſolum e folijs & radice,verum etiam E ſpicis nardi conflatum ſit. Quaſi vero nõ longe optimum ſit,
quod e ſpicis conficiatur. Plinius lib.12.cap.12. Nardus fructex eſt grani & craſſa radice,ſed breui ac nigra
fragiliq; quamuis pingui,ſitum redolente vt cupreſſi, aſpero ſapore: folio paruo denſoq;. Cacumina in
ariſtas ſe ſpargunt. Ideo gemina dote Nardi ſpicas ac folia celebrant. Adulteratur pſeudo Nardo herba,
quæ vbiq; naſcitur,craſſiore atq; latiore folio & colore languido,in candidum vergente. Item adultera-
tur,ſua radice permixta,ponderis cauſa,& gummi ſpumaq; argenti aut ſtibio cyperi ve radice. Syncerũ
quidem lenitate depræhenditur,& colore rufo: Odoriſq; ſuauitatem & guſta maxime ſiccante, ſapore
iucundo. Ex his verbis Plinij patere poteſt,quod dictum eſt: Nardi piſticæ præcioſæ. Piſticæ,quaſi non G
adulteratæ,præcioſæ,quia ex ſpicis tantum. Quodque dicit: fracto alabaſtro: Eſt alabaſtron delicata pi-
Alabaſtrũ xis vnguentaria vitrea,vel guttũ,ita dicta a verbo,labo:prẽhendo,& particula priuatiua,a, Addita per
pleonaſmum,ꝙ ob leuorem comprehendi non poſſit. Quod dicit,accepit libram,magnam vim vnguenti
ſignificat. Precium libræ require in Plinio. Quod igitur piſticũ erat,illud ſignificat quod dicit Malachias.
cap.1. Maledictus doloſus qui habet in Grege ſuo maſculum,& immolat domino debile. Quod libram
effudit,illud præfigurat,ꝙ qui ſeminat in benedictione effuſe & prodige in pauperes liberalis,centuplum
accipiet. Matth.19. Domus impletur ex odore vnguenti,quia Chriſti odor bonus ſumus in omni loco.
Rhodope. 2.Cor.2. Et quod hæc fecit,in toto mundo dicetur. Rhodope ex ingenti pecunia quæſtu meretricio acqui-
Matth.28. ſita,cum optaret in Græcia ſui memoriam relinquere, e decima ſuarum opum tot e ferro verua ad boues
torrendos fecit,quod faciendis decima ſufficeret, erat autem grandis ſumma. Hæc autem verua delphos
miſit: pulchrum donarium dignum tanto deo Apolline & tali datrice ſcorto videlicet. Cæterum Maria H
ſuper caput domini effudit vnguentum. Quo emolumento: dicetur in toto mundo. Pro ſeruitio enim in
Romanæ. aurium quod Romanæ matronæ fecerunt Berecinthiæ deorum matri,conceſſum eſt eis primum, vt ſede-
rent in templis. Secundo ꝙ in graui infirmitate biberent vinum. Tertium ꝙ prægnanti nihil honeſtũ ne-
garet maritus petenti. Quarto ꝙ fierent orationes in laudem earum,cum vita fungerentur. Vnxit ergo pe
des Chriſti.i. pauperes: vnxit & caput, Chriſtum,qui in cælo ſedens,pedum ſuorum gerebat dicẽs, Saule
Actu.9. Saule quid me perſequeris? Hos igitur tu vnge & terge capillis tuis,ideſt ſuper fluis tuis: Quod quia non
fecit Abſalon,per capillos pependit.2.Reg.18. Theophyl Multi miſerunt vnguentum in pedes domini ad
Theophy. oſtentationem,& receperunt mercedem ſuam. Maria capillis ſuis ad ſe traxit vtilitatem eleemoſynæ fa-
Matth.6. ctæ pauperi Chriſto. Tu igitur ſiquid mortuum habes & inanimatum, ſicut ſunt capilli, in bonum vn-
guentum intingito, & redime peccata tua eleemoſynis. Danie.4. Dum enim eſſet rex in accubitu ſuo:
Nardus mea dedit odorem ſuum, Canti.1. Nardus ergo quæ per ſe non redolebat,ſtatim vt tetigit ſpõſum, ſ
regreſſa ad me,odorem mihi detulit ſponſi,& velut ſuperato naturali ſuo odore(Origenes)præ fragran-
Origenes. tia ſponſi ipſius mihi detulit ſuauitatem. Pone ergo Mariam tanquam ſponſam,quæ gerit figuram eccle
ſiæ: hæc affert libram vnguẽti, & vngit pedes domini,& detergit. Detergens autẽ: videtur recipere quo-
dãmodo & recuperare per crinem capitis ſui ad ſemetipſam vnguentum ex qualitate ac virtute corporis
eius infectum,& odorem non tam Nardi per vnguentum, ꝙ ipſius verbi Dei ad ſe trahentem per capil-
los quibus abſtergebat pedes,& imponere capiti ſuo non tam Nardi ꝙ Chriſti fragrantiam, & dicere ꝙ
nardus mea miſſa in corpus Chriſti,reddidit mihi odorem eius. Nihil ergo intereſt vtrum ſponſa vngat
ſponſum in canticis,an Maria dominum in euangelio. De capillis vide Ezech. cap.5. Iubetur enim pro-
pheta capillos triſariam partiri,iuxta illud,dimidium bonorum do pauperibus,defraudata reſtituo in qua
druplum,reliqua mihi & familiæ meæ reſeruo. Luce.19. Dixit autem poeta quidam de Elena,ꝙ in funere K
matris nimis capillis ſuis pepercerit,quia videlicet iuxta Paulum,dati ſunt ei pro velamẽto. Illud potius
Elena. mirandum,multos virorum æui noſtri capillos inficere,fœmineas vſurpare veſtes bombicinas ob leuita-
1.Cor.11. tem,propter onera æſtiua vitanda,in tantum aorica geſtãda diſceſſere mores, vt oneri ſint etiam veſtes.
Erant autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos diſcipuli,& dicẽtes, vt quid
perditio hæc vnguenti facta eſt? Hoc iuxta Marcum & Matthęum, Ioannes. Dixit ergo
vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes,qui eum erat traditurus. Quare vnguentum
hoc non venit.300.denarijs:& datum eſt pauperibus? Dixit autem hoc, non ꝙ de e-
genis curaret, ſed quia fur erat, & marſupium habens,& ea quæ mittebantur porta-
bat, Marcus, & fremebant in eam.12.q.1. habebat cap. exemplum.2.q.1. de manifeſta. Nulla eſt tã
Hierony. modeſta fœlicitas inquit Hieronymus,quę detrahentium dentes vitare queas. Et obſerua ſororem Aarõ
detrahentem.

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

decrahentem fratri ſuo. Num.12 Sola miſeria inuidia caret. Quod ſi id aſſequi non [illegible]ſumus, vt de no-
bis aliquid nec vel falſum dicatur, ſaltem hanc adhibeamus vitæ noſtræ diligentiam, ne malę mentes oc-
caſionem habeant de trahendi, nec ex nobis ſcintilla procedat per quam aduerſum nos ſiniſtra fama con
fletur. Quod ſi nos omnia diligenter proſpicientes, illi dicunt malum bonum, væ illis eſt, nos autem bea-
ti. Quid laudabilius vel religioſius officium ex cogitari potuit, q̃ vnxiſſe pedes domini ſimul & caput?
Et tamen non defuerunt neſcio qui ſycophantæ (quod cum bona venia dico) qui moleſte ferrent huius
vnguenti iacturam, vt ipſi opinabantur. Quod ſi illud perditio eſt quod expenditur in capite & pedi-
bus domini Ieſu, quid ſit illud quod honeſte & officioſiſsime expendatur in hoc ſęculo, alij viderint, ego
non video. Itaq; ſicut alias diximus apoſtoli, adhuc ſapiebant ſecundum carnem, qui Zelum quidem ha-
A bebant pauperam ſed non ſecundum ſcientiam, ſed homines erant & ſecundum hominē ſapiebant: Ideo Rom. 10.
fremebant, perditionem rati, quod verum erat lucrum, profundum myſterium, magnum ſacramentum,
ſicut dicetur. Tu autem conſidera profectus animæ, & quomodo non omnibus datur vngere caput Chri
ſti. Nā Samaritana digna efficitur colloquio Chriſti, ſanguinaria fimbriā tantū Chriſti tetigit. Matth. 9. Ioan. 4.
Apud Lucam peccatrix pedes domini oſculatur, cap. 7. Maria caput vnxit, ſponſa quædam maius quid-
dam audet dicens: Vtinam oſculetur me oſculo oris ſui. Canti. 1. Dixit & mulier quædam, dicito mihi vbi Ioan 20.
poſuiſti eum, & ego eū tollam, iuxta illud, faſciculus myrrhæ dilectus meus, inter vbera mea morabitur. Cant. 1.
Ad hæc Hieronymus. Indignati ſunt apoſtoli. Vnus iuxta Ioannem indignatur, ſed Matthęus omnes di- Hierony.
cit, ſecundum tropum qui vocatur ſyllepſis, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus appellari ſoleat.
Vnde illud, lapidati ſunt, ſecti ſunt, cum vnus tantum ſecundum Hebræos ſerratus ſit, videlicet Eſaias.
Poſſumus & hoc dicere, q apoſtoli vere propter pauperes indignati ſunt, Iudas propter Lucra ſua. Ad
B hæc Auguſtinus. Quod iubet Aaron in aures ſibi afferri, vnde illis faceret Deos, non abſurde intelligi- Auguſt.
tur difficilia poſtulaſſe, vt ſic eos ab illa intentione reuocaret. Factum tamen illud difficile, vt eſſet au-
rum ad faciendum idolum, propter eos notandum putaui, qui contriſtantur, ſiquid tale propter vitam
æternam diuinitus fieri, vel æquo animo animo tolerare iubeantur. Dicunt enim vt quid perditio hæc
vnguenti facta eſt? Filius quidam Alexandi papæ quotidianis epulis ducentos aureos dicauit. Paraſitis
quandoque veſtes duorum milium donauit. Exercitum in ſuper non minus octo milium hominum alere Alexāder.
continuo viuente patre ſummo pontifice ſolebat. Et id vnde? Nempe de fracto alabaſtro & vnguen-
to effuſo ſuper caput Ieſu. Prudens lector audi vide & tace, quia ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, qui- 2. Tim. 4.
bus cenſus eſt ex ſanguine Chriſti. Quæ inquit vnguentum hoc non venit. 300. argenteis? Vnde intel-
ligi poteſt valorem vnguenti atq; præcioſitatem multum pectus auari ac miſeri torſiſſe. Et iuxta Prouer-
C bium, occaſione dum taxat opus improbitati, curam pauperum prætendit, qui fur erat, & ouium curam Prouerbiū
videtur gerere, qui lupus erat. Theophyl. Si auarus erat Iudas, quæ pecuniarum diſpenſationem ei per-
miſit dominus? Propter iſtuc ipſum, q fur erat, vt omnem [illegible] occaſionem auferret: Marſupium enim a- Theophy.
pud ſe habebat. Sed ignis iſte nunquam dicit, ſufficit. Prouerb. 30. Vnde in ſuum vſum vertebat quæ
in diuinum dabantur. Dixit autem hoc inquit Ioannes, non q de egenis magnopere curaret. Proh ſupe-
ri. Diſtraxerat paſtorem. 30. argenteis, & quomodo putas q ad eum de egenis pertinebat? O religionem
impiam, potuit dari pauperibus. Quid tibi cum pauperibus prædo & proditor profane omni beſtia Matth. 26.
immanior? Aut quis illo pauperior, qui non habet quod vulpes? Cum tamen dea quam monetam ap- Matth. 8.
pellant, quam tu ſcelerſte cum primis colis ædem habeat apud Romanos, idq; in excelſo capitolij. Fur igi- Moneta.
tur erat Iudas: iam tum ſibi peculium proſpiciens, quo viueret, ab illius ſocietate ſemotus, & tamen cu-
ram pauperum præſe fert tantus latro & homicida. Chryſoſto. Pluuia præter omnium expectationem
D de cælo demiſſa cum omnes quaſi ab ipſo mortis limine reduces feſtum diem peragerent, in iſtis tantis Chryſoſt.
bonis, in communi omnium læticia opulentus quidam ex numero illorum quibus nulla de egenis cura
eſt, triſtis teter exanimis dolore circumibat. Rogantibus multis cauſam, continere grauem animi dolo-
rem homo non potuit, ſæuitia morbi incitatus, cauſarumq; in medium protulit. Mille frumenti metrē-
tas domi cum poſsideam inquit: non reperio qui faciam auctionem. Dolebat homo hic an potius ti-
gris omnes non periſſe, vt faceret ipſe quæſtum. Vides vt aurum homines eſſe non ſinat, ſed in belluas Luc. 12.
& dæmonas mutet. Et vide inſaniam ſingularem. Iſte dolet q poſsideat multa, alter anxiabatur, quod
horrea haberet parum capacia. Vnus ſtatim vendit, ne minoris vendat, alter id diu ſeruat vt maioris
vendat. Cæterum Iudas ideo dominum vendidit, occaſionem nactus, ne poſtea deeſſet cui venderet.
Erat igitur Iudas domeſticus latro qui forte vxorem habebat & filios (Pſal, 108.) & horum curam gerens,
E pauperes defraudabat. Oſtenditur & illud, quanti fecerit dominus pecuniam quam tanto ſacrilego &
de peculatori commiſit, quaſi diceret, pecunia tua tecum ſit in perditione. Actu. 8. Cæterum oues com-
mendaturus Petro, prius eum de dilectione Dei interrogat: Quorum oppoſitum non raro ſit apud mul- Ioan. 21.
tos. Secretum meum mihi. Si dicas, quomodo Iudas marſupium portabat præcepto Chriſti: qui alias Eſai. 29.
docuit, non cogitandum de craſtino? Verum dominus bona pauperum vſibus oblata ſeruare iubebat Matth. 6.
pro pauperibus. Quis enim ea fidelius diſpenſaret? Ipſe autem nec illud habuit quod aues aut vulpes. Matth. 8.
Alias ſollicitudo anxia excluditur, non autem neceſſaria: Niſi forſan ſedendum eſt perpetuo cum Ma- 3. Reg. 17.
ria, Lucæ. 10. Aut paſcendi ſumus per coruos cum Helia, aut per angelos, & rurſus obdormiendum, ac Exod. 16.
ſæpe ſæpius. Cogitandum eſt igitur de craſtino, niſi & nobis dictum eſt, nullus relinquat ex mana-
te vſque mane. Et terra in culta in ſaltum redigeretur. Cæterum ſollicitudinem ſeptimi anni domi-
nus excludebat a Iudæis dicens: dabo benedictionem meam vobis, anno ſexto, & faciet fructus Figura.

 trium Leui. 25.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

erium annorum. Septimi igitur anni pone omnem ſollicitudinem, quia ipſi curã eſt de nobis, ſex autem
annis.i.toto tempore vitæ præſentis ſemina & mete, vt habeas & tibi, & vnde amicos tibi concilies de
Mamona iniqua. Luc.16. Septimus autem annus requiẽ æternam figurat, de qua dicitur, labores manuũ
Marci. 14. tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Pſal.127. Sequitur. Sciens autem Ieſus, ait illis. Si-
Matth.26. nite illam: Iuxta Marcum. Græce autem: aphee.i. ſine: vt in diẽ ſepulturę meæ ſeruet illud.
Matthæus & Marcus, Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonũ operata eſt in
me. Semper enim pauperes habebitis vobiſcum, Marcus: & cum volueritis: poteritis
illis benefacere: Matthæus & Marcus, Me autem non ſemper habebitis. Marcus, quod ha
buit, hoc fecit, præuenit corpus meum vngere in ſepulturam. Matthæus. Mittẽs enim
hæc vnguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Quod dicit, ſciẽs autem Ieſus:
illud ſub iudicat, ꝙ apoſtoli inter ſeſe muſsitabant de vnguenti iactura, quaſi tam frugali conuiuio non
conueniret huiuſmodi magnifica effuſio, cum alioqui dominus his delitijs minime caperetur, & illis ob
murmurantibus, id tamen dominũ nõ latuiſſe. Vnde dicit, ſinite illam: vel iuxta Græcum, ſine illam aphes
auten, ad vnum enim Iudam qui forte acrius fremebat id dictum eſt, non ad omnes, ꝙ veriſsimile ſit, illi
prohibiturum fuiſſe ne periret ſibi decima effuſi vnguẽti. Cæterum pro, in diem ſepulturæ meæ ſeruet il-
lud, Græce eſt: Is ten hemeran tu entaphiaſmu tetereKen auto. Ideſt in diem ſepulturæ meæ ſeruauit il-
lud: iam enim dominus prȩueniebat ſepulturam ſuam: ſignificans ſe breui moriturũ. Mittens enim: Grȩce
balluſa participium præteriti temporis. Ac ſi dicat. Nam ꝙ hæc miſit vnguentum hoc in corpus meum,
id fecit in ſepulturam mei. Dicit ergo. Quid moleſti eſtis huic fœminæ, quæ reuera opus egregium, ergon
calon, operata eſt in me. Non perit hæc impenſa, non luſit operam ſuam, ſicut vos remini, ſepulturæ meæ
impenditur hic honor, quem iſta nunc ante vertit, quoniam tunc non erit vnguendi facultas, & ſi erit, id
alijs cõmittendum eſt. Ioan.19. ſemper enim pauperes, &c. Non deerunt quorum viſcera reficiatis, quibus
Matth.28. cum panem veſtrũ comedatis, me autem non ſemper habebitis: licet ecce ego vobiſcũ ſuũ vſq; ad conſum
mationem ſęculi. quod habuit, hoc fecit, effuſura erat largius & prȩcioſius, ſi habuiſſet. Vnde & alabaſtri
quoq; fecit iacturam, impẽdit mihi viuo & pauperi eum honorem, quẽ mortuo non poterit, quia ad ma-
tutinum lȩticia. Pſal.29. Fecit quod potuit (impendit duo æra, farinæ pugillum) licet ignoraret myſteriũ:
& obſequuta eſt animo ſuo. Et præuenit vngere corpus meum poſt triduum ſepeliẽdum, infundens viuo,
quod mortuo ſolet infundi. Et merito viuens inungitur cuius mors ſomnus potius futura erat. 40. videli-
Iudi. 16. cet horarum. Nam quod poſtea mulieres tres parauerunt aromata, luſerunt operam, licet impenſa nõ pe-
rierit, & alioqui obſequutæ ſunt deſiderio ſuo: ſurrexit enim Samſon media nocte. Cæterum pauperum ſi
Chryſoſt. vos Zelus tenet, pauperes non deerunt. Chryſo. Vir vnus habens tres filias fornicari inſtituit, vt ſaltẽ ea-
rum miſerando cõmercio vitam vtcunq; traheret. Dicam & illud. Nonnulli ſuos cæcare filios ætatis flo-
agentes, coacti ſunt, vt in ſtupiditatem noſtr[illegible]n inueherent. Nam circũ mendicantes æſtate & hyeme, cũ
in humanos & immiſericordes hac calamitat[illegible] non mouerent, adiderunt ſecundam primæ. Et vt famen le-
nirent: leuius fore rati ſunt, hoc communi lumine priuari, ꝗ̃ perpetuo cum fame pugnare, & miſera morte
Pſal. 50. perire. Quomodo dicis, miſerere mei ſecundum magnã miſericordiam tuã, cũ tu neq; ſecundũ minimam
miſearis? Et vides vel ipſum latronẽ facile principẽ pauperum qualemqualem gerere curam. Iam inquis
accepit pauper hic ſemel & ſecundo, adijce & ſeptuagies ſepties. Quare tu totidem ſatur, hanc regulã non
imponis ventri tuo? Sabellicus. Cum Carolo tanta vis hominum contra Aigolandũ Sarracenorum regẽ
Sabellicus venit, vt autore Turpino, ad 12. milia paſſuum exaudiretur caſtrorum fremitus. Venit autem in colloquiũ
rex cum Carolo, egitq;, vt ad declinandam tantam humani generis iacturam, quanta haud dubie ſequutu
ra videbatur, ſi totis vtrinq; viribus in aciem deſcenderetur, vt Sarraceni Galliq; per partes velut ex pro
uocatione dimicarent: eorum certaminũ euentum declaraturum vtra fides Deo eſſet gratior. Aſſenſus eſt
Carolus: fuitq; res Chriſtiana omnibus fere prȩlijs ſuperior. Et iam Barbarus eo venerat, vt poſtridie
dixerit, ſe velle baptiſmo conſecrari. Fide itaq; accepta, ad hoſtem profectus eſt, de pace & noua fide actu
rus. Atq; ita accidit, vt Carolus tum forte pranderet: cum ille ad ipſius tabernaculum venit. Admoneat
Gallus rex de more pleroſq; ex primoribus ducum prandio. Miratusq; eſt Aigolandus quũ principũ vi-
Pauperes. rorum indolem, tum regij conuiuij apparatum. Conſpicatus inde ſeminudos quoſdã humilius accubantes,
ac terra pene nuda prandentes, rem ille nouam miratus: qui hominum illi eſſent ſciſcitatus eſt, qui tam hu
militer & pro deſpicatiſsimis diſcumberent. Cui Carolus (callebat enim hoſtilem linguam) ſunt inquit
hi Aigolande cæleſtes Dei nuntij, qui ad me venerunt. Ego ne inquit ille tuum iſtum ſequar deum, cuius
nuntios tu ita aſpernaris, vt cum cæteri lautiſsime epulentur, ipſi omnium egentiſsimi, contemptui & lu-
dibrio tibi ſint? Valebis cũ tuo fidei inſtituto, & cum ſuis in caſtra reuerſus futuro ſe prælio accingit. Per-
ſtrinxit libera hominis exprobratio Caroli animum, deditq; iam inde operam, vt biſſeni pauperes qui pe-
nes ſe ex veteri inſtituto paſcerentur, lautius a[illegible]umberent, honeſtiuſq; velarentur. Commiſſum eſt non
multo poſt acre prælium, quo Aigolandus in multa ſuorum ſtrage concidit, Arnaldi dextera ictus. Vos
igitur pauperes ſemper habebitis, & cum volueritis, poteſtis de illis bene mereri. Effuſio autem vngu-
enti huius, officium ſepulturæ eſt. Vnde ſequitur in laudem Mariæ. Amen dico vobis, vbicunq;
prædicatum fuerit hoc euangelium (prædicabitur autẽ in toto mundo) dicetur & hoc
quod hęc fecerit, & narrabitur in memoriã eius. Vnum fecit opus, ideſt ſemel, & domi fecit,
& opus illud prima vt aiunt fronte reprȩhenſione dignum (quid enim Chriſto virtutis abſolutiſsimo ex-
templari cum huiuſmodi delitijs?) & tamen amen dico vobis, non ſemel, non ſaltem centies decantabi-
tur ore omniũ, ſed prædicabitur quoties prædicabitur hoc euangeliũ, idq; non in vna ciuitate ſed in toto mundo

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

apprehenderes, ne illo abeunte, remaneret penes te pœnitentia. Hunc enim quia non cognouiſti, venient
dies non vnus ſed multi, in quibus dicetur: beatæ ſteriles, &c. Veniet exercitus Cæſaris quem tibi in regẽ Lucæ. 23.
tam pertinaciter petiſti (Ioan. 19.) non cum ramis, non in pullis aſinorum, ſed cum omni apparatu belli-
co, & primum quidem circundabunt te vallo, deinde viris ac machinis, ac prẹment obſidione arctiſsima,
& muris ſolo æquatis, patieris interim ea quæ præteritus ſermo complexus eſt. Fleuit igitur dominus mi-
la ciuitati imminentia: præſentia autem, cum flagello tum & verbis duriſsimis corripuit. Ioan. 2. vt intel-
ligas in operibus Dei comites in ſeparabiles eſſe miſericordiam & iuſticiam. Vnde iuxta Plutar. prætorũ Plutarch.
virgẹ cum ſecuribus alligatæ prẹferuntur, illud inuentes, ꝙ non oportet magiſtratus iracundiam præci-
pitem ac diſſolutam eſſe. Sed malicia quoniam partim medicabilis eſt: partim curari non poteſt: Virgæ
quod mutari poteſt corrigunt, ſecures autem quod emandari non poteſt abſcidunt. Vnde illud: virgam vi-
A gilantem video, deinceps ollam ſuccenſam. Ita refertur de Marcello, qui capta ciuitate ſiracuſana amiha- Hierony.
ribus ſuis, ipſe in ſuperioribus locis conſtitutus: ſubiectam oculis magnificentiam ac ſplendorem vrbis cõ-
ſpicatus, diutius illacrymaſſe traditur, caſum incumbentem miſeratus, ꝙ mox diripienda a militibus eſ-
ſet. Nonnulli delendam incendio hortabantur, quem ſermonem Marcellus non admiſit, inuitus tum bo-
na tantum ac ſeruos prædam eſſe conceſsit, ecce iuſticiam: ingenua corpora conſtuprari aut occidi vel at- Marcellus
tingi vetuit: ecce miſericordiam. Quod igitur Marcellus in prẹſentiarum videbat fieri in ciuitate illa cla-
riſsima: id dominus illachrymabatur futurum poſt annos circiter. 40. Sed domino omnia erant prẹſentia.
Qui tamen ſero licet ſuam inſpexit diphthera. Credidit antiquitas iouem omnia hominum errata ſcri-
bere in pelle caprina: ac multa pro tempore diſsimulare, aut alias occupatus non aduertere, Verum ali-
quando de improbis pœnas ſumere. Hæc feciſti, & tacui. Et hẹc eſt Hieruſalem cui dicitur Paulo ſupe-
rius: exulta ſatis, iubilia, gaude vehementer. De hoc Ezech. cap. 9. Tranſite per ciuitatem & nulli parca-
tis vel ætati vel ſexui: Ecce iuſticiam. Sequitur de comite eius clemẽtia: omnem ſuper quem videritis. T.
B ne occidatis, & a ſanctuario meo incipite, ſicut in conſequentibus dicitur, ingreſſus templum negociato- Ezech. 9.
res expulit. Ergo dominus a ſanctuario incipiens, ciuitatem Romanis ſolo æquãdam tradidit. Quare? Ipſi
dixerunt, cẹci proſperitate prẹſenti, dereliquit dominus terram & non videt. Igitur & meus non parcet
oculus neq; miſerebor: & tamen puniturus, illachrymat dicens: o ſi cognouiſſes. Et obſerua verba poſita
in principio huius cap. 9. Ezechielis: appropinquauerunt viſitationes vrbis. Hieronymus. Viſitatio quaſi
ẹgrotantis eſt, quaſi habentes vulnera, quaſi medicas expectantis manus. Quoniam igitur Iudẹi tempus Hierony.
viſitationis ſuæ non cognouerunt, quando viſitati ſunt ab eo qui loquitur: heu vindicabor: hoc eſt cum
miſericordia vindicabo, oleum infundam cum vino (Lucẹ. 10.) viſitabo in virga iniquitates eorum miſe-
ricordiam autem meam non auferam ab eis, appropinquare dicit alios viſitatores, qui ferro medeantur Pſal. 88.
& igne, & nulli deferant ætati, non ſexui, non religioni: qui nec ipſi parcant templo, quod Iudæi fecerunt
C ſpeluncam latronum. Fleuit igitur dominus ecce iam tertio: riſiſſe autem eum nunꝗ legimus. Narrat So- ſco. 4. diſt.
linus referente Auguſtino monſtrum quoddam a natura productum: Zoroaſten Bactrianorum regem, 50. q. tertia
qui ridendo editus eſt: cum iuxta naturales ad 62. vſque diem riſus in paruulis differatur. Quod enim mõ Solinus.
ſtrum hoc, mater in dolore parit, nec raro de vita periclitatur, & tu rides vallem lachrymarum ingreſſus? Editus.
fleuit igitur dominus mala quæ manebant colonos impios, quia ipſe ſolus vere omnia nouerat, nam quẹ
hiſtoriẹ demandata ſunt, forſan non ſunt dimidium malorum. Legimus de quibuſdam, ꝙ famẹ adacti,
ſuas ipſi corroſerint manus, & tamen inedia victi, vltimo in hoſtium poteſtatem venerunt. Suitenses vi-
ctoria parta ex Turicenſibus ibi loci vbi dimicatum eſt, epulati dicuntur, ſedibus & menſis ex hoſtium
cadaueribus vſi. Nec eiuſmodi contenti ludibrio: hoſtilem cruorem potaſſe. Ex his quoſdam proditum Sabellicus
eſt memoriẹ: cæſorum corda dentibus laniaſſe. Quidam ſanguine occiſi hoſtis manus lauit & ora, quæ
omnia Iudæorum perpeſſos fuiſſe non eſt incredibile, vt merito dominus tot & tanta mala vt pius pa-
D ſtor fleuerit. Subijciamus & hoc ex Plinij lib. 7. cap. 1. Cæteris natura animantibus varie tegumenta tri- Plinius.
buit, teſtas, cortices: coria ſpinas: villos, ſetas: pilos: plumam, pennas, ſquamas, vellera, truncos etiam ar-
boreſq; cortice interdum gemino a frigoribus & calore tutata eſt. Hominem tantum nudum & in nuda
humo natali die abijcit ad vagitus ſtatim & ploratum, nullumq; tot animalium aliud ad lachrymas, &
has protinus vitæ principio. At hercle riſus præcox illi & celeberrimus ante. 40. diem nulli datur. Ab hoc
lucis rudimento (quod ne feras quidem) inter hos gemitus vincula excipiũt, & omnium membrorum ne-
xus, infœliciter natum iacit: manibus pedibusq; deuinctis: flens: animal cẹteris imparaturum. Heu demẽ-
tia ab ijs initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos. Prima roboris ſpes primumq; temporis munus homo.
quadrupedi ſimilem facit. Quando homini inceſſus? Quando vox? Quando firmum cibis os? Quandiu
palpitans vertex? Summẹ inter cuncta animalia imbecillitatis inditium. Iam morbi tot, atq; medicinẹ tot
E contra mala ex cogitatẹ: & hẹ quoq; ſub inde nouitatibus victæ. Cætera ſentire naturalem ſuam alia per-
nicitatem vſurpare, alia præpetis volatus, alia vires, alia nare, hominem ſcire nihil ſine doctrina, non fa-
ri, non ingredi non veſci, breuiterq; non aliud naturæ ſponte ꝗ flere. Itaq; multi extitere, qui non naſci
optimum cenſerent, aut ꝗ ociſsime aboleri, de quorum numero ſunt Salomon & Iob. Horum alter vidi
inquit calumnias quæ ſub cælo fiunt, &c. et ſequit intentum. Et laudaui magis mortuos ꝗ viuentes, & Eccle. 7.
fœliciorem vtroq; iudicaui, qui necdum natus eſt, nec vidit mala quẹ ſub ſole fiunt. Alter autem, fuiſſem
inquit quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad tumulum. Iob. 10. Sequitur de Plinio. Vni animantium lu- Plinius.
ctus eſt datus, vni ambitio, ac immenſa viuendi Cupido. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido
maior, nulli pauor confuſior. Denique cætera animalia in ſuo genere probe degunt: Congregari videmus
& ſtare contra diſsimilia. At hercle homini plurima ex homine ſunt mala. Et inter hẹc omnia ridere libet,
ridere

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ridere vacat. Sed riſum noſtrum inſanum Paulus poſt dominum Chriſtum lachrymis proſequitur dicens,
flens dico, multos eſſe inimicos crucis Chriſti, qui ad hoc viuunt vt edant, quorum deus venter eſt, Sed
Philip. 3. venient dies, &c. Plato rogantibus Cyrengis, vt leges ſibi conſcriberet, velletq́ eorum ciuitatem
Plato. in optimę cuiuſpiam reipublicæ formam inſtituere, difficillimum eſſe reſpondit, Cyrengos ampliſsima
fortuna ſolutos, legibus continere. Nihil enim imperatu difficilius eſſe eo homine quem proſpera fortu-
na extulerit. Tamen venient dies, in quibus ſola vexatio aperiet intellectum, vt qui iugum domini ſua-
Eſai. 28. ue & leue ſubire noluerint, iugo premantur omnium gentium, in quas qui ſuperfuerunt capta vrbe di-
Matth. 11. ſperſi ſunt, Romanis interim de vaſis quondam Dei manubias offerentibus ioui capitolino. Ad hæc Gre
Gregorius gorius. Suam hic diem habet anima peruerſa, quæ tranſitorio gaudet in tempore, cui ea quæ adſunt ad pa
cem ſunt, quia dum in carnis voluptate reſoluitur, dum nulla venturæ pœnæ formidine terretur, pacem
habet in die ſua, quæ graue damnationis ſuę patietur ſcandalum id aliena, vbi cuncta quæ ei modo ad pa F
cem ſunt, tunc in amaritudine rixæ vertentur. Quia rixari ſecum incipit, cur mala quæ patitur, non præ-
uidit, non expauit. Quia inquit non cognouit tempus viſitationis ſuæ. De hac die quę pro anno compu-
tatur peccatori pœnitenti, vide Ezech. 9. Et enim quia non cito contra impios profertur ſententia, id cir-
co abſq́ timore vllo filij hominum perpetrant mala. Ita dixit Eſaias: Errare nos feciſti de vita tua, indu-
Eccle. 8. raſti cor noſtrum ne ſequeremur te. Hieronymus. Dum enim mihi clementiam polliceris, & quaſi miſeri-
Hierony. core pater diſsimulas duritiam, & artifex medicus abſcondis ferrum acutiſsimum, ne ægrogantem terre-
Eſai. 63. as anteq̃ cures, feciſti me negligentem. Ergo quia hac non ſucceſsit, alia via aggrediendum eſt, Venient
dies, &c. quia non agnouiſti tempus viſitationis tuæ. Origenes ſuper numeros. Et reuera ſi conſideres ho
Origenes. norem illum priorem, quem habuit populus Iudaicus, cum pontificalis apud eos ordo florebat, cum inſi-
gnia ſacerdotum: cum mageſtas templi, cum prophetalis ſplendor & cum cœleſtibus ſuper terram conſor-
tijs vtebantur, & ad manum habebant reſponſa Dei, quis honor fuit ille! Quę gloria! Et rurſus ſi nunc G
Oſee. 3. conſideres quanto nunc dedecore horreſcant ſine templo, ſine altari, ſine propheta, ſine vlla cęleſti viſita-
Num. 12. tione, diſperſi per omnem terram, profugiq́ viuentes velut ſerui fugitiui, quis non agnoſcat q́ deſpuit
deus in faciem illorum, & perfudit vultum eorum ignominia? Quia non cognouerunt tempus, &c. Phi
Philippus lippus Macedonū rex cum tria ſibi fœliciter eueniſſe ſub idem tempus nuntiatum fuiſſet, q́ videlicet qua-
drigis Olympia viciſſet: Et parmenio ductor exercitus Dardanes prælio ſuperaſſet, pręterea q́ Olympias
vxor maſculum ſibi filium peperiſſet. Sublatis ad cęlum manibus: o Iupiter inquit, mediocri hęc aliqua
rependas clade: natura comparatum eſſe non ignorans: vt ingentibus fortuna inuideat fœlicitatibus: Ca-
Pſal. 74. lix enim eſt in manu domini vini meri plenus mixto. Vnde illud, in die bonorum ne immemor ſis malorum,
Eccle, cap. 11. Quod quia iudæi non ſeruarunt, venient dies, &c. Vnde illud Hiere. 30. Plaga inimici per-
cuſsi te. Hieronymus. Aliter amicus, aliter inimicus percutit. Ille cędit vt corrigat: iſte percutit vt occidat. H
Sed tamen dura peccata tali medicamine curanda fuerunt. Vt enim te inimici plaga percuterē, fecit mul-
Hierony. titudo iniquitatis tuę, & dura peccata quę ſanari non poterant niſi mordaciſsimo puluere, & ardenti cau-
terio: & ferro acutiſsimo, quo putridas carnes & inſanabiles amputarem. Non ergo mea voluntate ſed
peccatis tuis exigentibus, & medicinę ratione cogente, hoc tibi factum eſt, quia non cognouiſti tempus
viſitationis tuæ. Viſitat autem deus hominem diluculo, & ſubito probat illum. Viſitat beneficijs, probat
& exercet flagellis, hunc humiliando & hunc exaltando, id quod videre licet in. S. Iob. Et introiuit
Iob. 7. Hieroſolymam. Et cum introiſſet. Commota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt
Matth. 21. hic: Populi autem dicebant: hic eſt Ieſus propheta a Nazareth. Et intrauit Ieſus in
Marci. 11. templum Dei, & eijciebat omnes ementes & vendentes in illo de templo. Et menſas
nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, Marcus. Et non ſinebat
vt quis transferret vas per templum. 42 diſtin. cum beatus. 88. diſtin. cap. 2. C. eijciens, 1. q. 1. iudi-
ces. cap. quibuſdam. Ingreditur igitur verus Salomon ciuitatem, concinentibus pueris filio Dauid (adiũ-
ctis aſtris matutinis, Iob. 38.) benedictus qui venit in nomine domini. Et hinc commota eſt tota ciuitas ef-
fluunt viri confluunt mulieres: concurrunt eq́ ad angulos viarum deflexus & triuia, quę recta ducunt ad
templum, & adeo denſabatur turba, vt ciuitas ſola videretur quoquo verſus, niſi qua Chriſtus tranſitu-
rus erat. Cęterum virgines quibus domo egredi non licebat iure patrio per feneſtras & cancellos Chriſto
ve noſtrum Nazarȩum Ioſephum incedentem proſpiciunt (Gene. 49.) aut fortaſsis mulię ex ipſis choros
ducentes occurrunt victori, ſicut olim factum eſt patri huius, Dauid, videlicet, reuertenti a cęde Goliath.
vbi forſan ſacerdotum & Phariſęorum perfida ac vęſana mens maioribus inuidię ſtimulis exagitabatur
q̃ cum extra ciuitatem audierunt pueros clamantes Oſianna in excelſis. Sed hoc vnum bonum habet
1. Reg. 18. uidia inquit ſapiēs quidam, q́ maximum malum eius peribit. Quidam enim ſic deprauati natura immo
Pſal. 111. fremet & tabeſcet, & nihilominus deſiderium eius peribit. Quidam enim ſic deprauati natura immo
cia ſunt, vt libentius eorum quos ignorant in vnq̃ fuerint, q̃ eorum quibus plurimis beneficijs affecti
ſunt laudes audire velint. Vniuerſam autem ciuitatem commotam per hyperbolem dictum puta: maxi-
ma enim pars viſo tam inſolito ſpectaculo commota eſt. Videbat enim duo inter ſe pugnantia, hominem
Marci. 6. Fabri filium iuxta opinionem vulgi imo & ſacerdotum & Phariſęorum, aſino vectum, & turbas cla-
Hiero. 14. mātem huic homini, O rex Iſrael. Hoc autem honoris dominus Ieſus ſibi paſſus eſt exhiberi, qui vſque
velut colonus vixerat in terris, niſi q́ inter crepundia natiuitatis ſuę a magis tribus eſt adoratus, & of-
ficioſiſsimis muneribus eſt obſequutum. Ex quibus duobus locis id patenter inſinuauit, ſibi non defuturũ
Matth. 20. gloriam, ſi vt ſibi miniſtraretur veniſſet, & non potius miniſtrare. Matth. 20. Quo fit, vt criminoſius ve-
neatur honor ambiri ab ijs qui ſęculo valedixerunt, quem ille ſpreuit de quo Paulus, ſoli Deo honor & gloria

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Pompam, qua faſtum huius mundi quodammodo deriſit, & dedit peſſum diſcipulis adhuc infirmis ſola-
tium aliquod interim præbens huiuſmodi gloria fugaci & tranſitoria, quo vtcunque moderatius ferrent
pondus imminentis procellæ. Illud nemo non mirabitur, maxime ſi mores noſtri æui inſpicias, duos ex
diſcipulis miſſos, vt adducant aſinam vnam iuxta Matthæum: Nam pulius libenter ſequeretur matrem
diſcipulos autem non detrectaſſe huiuſmodi officium. Nempe non attendebant ad quid ſed a quo mitte-
bantur. Erat autem pullus intra caſtelli ſiue oppiduli portam alligatus pro foribus domini ſui. Lucæ. 19.
Hieronymus. Stringendum eſt breuiter, ꝙ iuxta litteram in paruo itineris ſpacio dominus ſuper vtrunque
animal ſedere nequiuerit. Aut enim ſedit aſinæ, & pullus abſque ſeſſore fuit: aut ſi pullo quod magis Hierony.
competit, aſina ducta eſt libera. Ergo cum hiſtoria abſurditatem ſonet, ad altiora tranſmittimur, vt aſi-
A na iſta quæ ſubiugalis fuit & domita, & iugum legis traxit, ſynagoga ſit, pullus aſinæ laſciuus & liber,
Gentium populus, quibus ſederit Ieſus, miſſis ad eos duobus diſcipulis, Petro in circunciſionem, & Pau-
lo inter Gentes. Gala. 2. Ad hæc Origenes. Pone ꝙ de viſione cæcorum, de mortuorum reſurrectione, de Origenes.
mundatione leproſorum ſcripſerunt Euangeliſtæ, vt ædificent homines in fide Chriſti, legentes in ſcri-
pturis opera eius. Quid ad hoc pertinet, quod de aſinæ vel pulli ſolutione dixerunt, vt Ieſus in aſina ingre-
deretur Hieruſalem, qui frequenter non pigritauit maiorem viam pedibus ambulare, ſicut habes Ioan.
cap. 4. Quod ſi & iumento opus erat, facile id ſuppeditaret Lazarus vel Martha. Vides ergo, quomodo
ſingula verba plena ſunt ſacramentis. Sed & illud requiritur, ꝙ aſina quidem ligata erat vinculo legis
Moſaicæ, ideo ſolui iubetur, vt ſuſcipiat iugum Chriſti leue. Matth. 11. Pullum autem ligatum quis di-
cat, cum obſtet dominus, dicens, ſuper quem nullus hominum ſedit? Vnde Paulus. Cum Gentes eſſetis,
in morem idolorum quocunque ducebamini, illuc ibatis. Gentes igitur ligatæ erant non vinculo legis, ſed 1. Cor. 12.
B peccatorum ſuorum nexibus adamantinis, de quibus dicitur, in chamo & freno maxillas eorum conſtrin
ge. Vterque igitur ligatus erat, & vterque præcepto Dei ſoluitur, quia vtroque indiget dominus, vt in-
grediatur Hieruſalem viſionem pacis, quia ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Ephe. 2. Qui enim
præibant videlicet Iudæi, & qui ſequebantur, Gentes: vtrique portabant botrum miræ magnitudinis, ha- Pſal. 31.
bentem in ſe omnem saporem ſuauitatis: Et vtrique clamabant, Oſanna. Et ſiquis vos interroga-
uerit, quare ſoluitis, ſic dicetis ei. Quia dominus operam eius deſiderat, vel dominus Num. 13.
his opus habet, & confeſtim dimittet eos. Hoc autem factum eſt, vt ad impleretur Sapien. 16.
quod dictum eſt per prophetam dicentem. Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit ti-
bi manſuetus: ſedēs ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Palā eſt dominos aſinæ ro
gaturos diſcipulos Chriſti ſibi alias nec de facie notos, cur aſinam ſoluerent, nihil ad eos attinentem.
C Sed dicite inquit, ꝙ opera eorum domino eſt neceſſaria. Dicens autem, Dominus, oſtendit quis eſſet,
nempe is qui iam apud omnes fama clarus erat, ex crebris miraculis, doctrina cæleſti, vita integerrima,
ac pro inde dilectus Deo & hominibus. Quid eſt autem dominus his opus habet? Currus Dei decē mi-
lia, & multiplex milia lætantium. Pſal. 67. Ipſe eſt qui aſcendit ſuper Cherubim, & ambulat ſuper pēnas
ventorum. 17. Et nunc inquit miniſterio eget duorum iumentorum. Origenes. Quod ſuper vtrunque iu- Eccle. 45.
mentum ſederit, ex miſericordia fecit, vt repauſet eos ſuper quos ſedet: magis ꝙ ipſe ſuper ea quieſcat.
Quod aūt ſequitur: Et ſtatim dimittet eos, poteſt ſic exponi, expleto miniſterio, remittet eos ad dominos Origenes.
ſuos. Poteſt ſic exponi, ad hanc vocem, dominus his opus habet: ſtatim dominus iumentorum ſinet ab-
duci aſinam cum pullo. Primum ſenſum ponit gloſa ordinaria: Secundus ponitur communiter a docto-
ribus. Hoc autem totum factum eſt, vt ad impleretur, &c. Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus: demonſtrat
eum ad oculum ſedentem ſuper aſinam, quoniam mille anni ante oculos tuos, &c. Item Malach. 3. ſta-
D tim veniet. Aggæi. 2. Adhuc modicum. A tempore autem Zachariæ vſque ad Chriſtum numerantur anni
fere. 400. tamen reſpectu Dei loquentis per os prophetæ, quaſi digito demonſtrabatur Chriſtus. Zacha-
rias ita, iuxta Hieronymum. Exulta ſatis filia Sion. 70. Gaude vehementer, prædica filia Hieruſalem iu-
bila filia Sion: Ecce rex tuus veniet tibi, iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, & ſu- 9.
per pullum filium aſinę. Tangit propheta in iſtis verbis. Primum aduētum eius de prope, cum dicit: Ecce
rex. Secundo modum venientis, quia pacifice, ibi, ſedens ſuper aſinam. Tertio vtilitatem venientis, quia
rex tuus. Quartum qualitatem venientis, quia iuſtus & ſaluator, & pauper. Pro his ergo omnibus inquit
Origenes. Oportebat gaudere ſatis & vehementer filiam Sion, iubilare, exultare, & prædicare quoquo Origenes.
verſus bonum ſuum, quia veniebat rex pacis, iuſtus & ſaluans, in Hieruſalem, in qua tot impij reges Ty
rannicę regnauerunt. Inquirendum eſt autem, cum regis nomen inuiſum fuerit Romanis, poſt ſeptimum
videlicet regem Tarquinium, & teſte ſacro eloquio, populo potenti regem dictum ſit adeo: Non te abie- Rex.
E cerunt ſed me, dabo tamen eis regem in furore meo, quomodo hodie tam importuno clamore replicant 1. Reg. 8.
regium nomen, & iubetur Hieruſalem exultare idque vehementer in aduentu huius regi pauperis. Nam Oſee. 13.
ex. 40. Regibus qui præfuerunt Genti Iudæorum vix decem reperiuntur iuſti, cæteri omnes Tyranni,
vnus altero deterior, nullus bonus. Secūdo inquirendum, cum regum maxima pars morte violenta tolle-
rentur e medio, quomodo inueniri potuerunt, qui ea conditione regni habenas ſuſciperent. Ex liberis ſi-
quidem regibus numero, quadrageſimo, quindecim vel gladio vel igne perierunt. Ex duodecimo, Cæ-
ſaribus Iulio, Auguſto, Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone, Sergio, Ottone, Vitellio, Veſpaſiano, Reges.
Tito, Domitiano: Nouem vel ferro ſublati ſunt vel veneno. Denique ex ſex & triginta regibus qui
ex Gothis Hiſpaniæ præfuerunt annis multis, ſexdecim ex illis gladio vel veneno occiderunt. Di-
cendum breuiter quod principes iſti & horum ſimiles ideo ſummam rerum libenter imo vtraque ma-
nu complectebantur, quia ſtatim poſt aſſumptam purpuram quicquid libitum eſſet: licebat.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Decreuit Senatus Athenienſis vt Antigonus rex & Demetrius in peplo vna cum Ioue & pallade inte-
Athenieſ. xerentur quaſi qui adhuc viuentes iam in numerum deorum eſſent relati, ſicut comitius & comodus prin
cipes Romani, terra ipſa indigni, dij vocati ſunt adhuc viuentes. Nam vita functos conſcribi in albo cæ-
li, id commune erat etiam meretricibus: cuiuſmodi erat Agrippina mater Neronis, & flora dea. Audi
aliud decretum Athenienſium pro Demetrio, quod omnem ſuperat fidem. Viſum eſt populo Athenienſi
Demetri9 & ſenatum ſimul (id autem adulantes eidem ſtatuerũt) vt quocunq; rex Demetrius iuberet, hoc & apud
deos ſanctum (velint nolint) & apud homines iuſtum haberetur. Soluta eſt igitur quæſtio qua inquire-
batur, quomodo reperiebantur qui regnare auerent, cum principum bona pars male periret? Nempe pro
pter huiuſmodi decreta. Sic vult rex: ſic fiat, eſtq; eratq; illis pro ratione voluntas. Et cogebantur dij cæ-
leſtes terreſtres: marini, inferi & lares: indigenæ & aduenæ ratum habere, quod rex Demetrius ſanxiſſet.
Et videtur ſenatus conſultum hoc Athenienſium in ſententia vnum & idem eſſe cum illo, quodcunque F
Matth. 16. ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælo. De hoc requirere Tranquillum de C. C. caligula. Reuer-
tamur nunc ad primum quæſitum, quæ iubetur exultare filia Sion. I. Hieruſalem in aduentu huius regis,
qui nihil certe habet commune (niſi forte nomen, & per irriſionem ſceptrũ purpuram & coronam) cum
regibus ſæculi huius, qui ſubditos populos ſcorpionibus ſub inde cædunt. Sed vide quid dicat Zacharias
Zach. 9. de hoc vero rege. Tria enim in illo inuenire licet, quæ in nullo mortalium regum reperiuntur Primum eſt
rex tuus. Secundum venit tibi. Tertium eſt iuſtus, pauper & ſeruator. Dicens ergo tuus, excludit cæſa-
rem, quem tamen Iudæi reprobato vero rege: in regem elegerunt, reclamante lege ac dicente: Non pote-
ris (obſerua verbum hoc) alterius Gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. Deut. 17. Teſti-
Ioan. 19. monium hoc expoſitione non indiget. Verum eſt autem q; ex Romanis regibus ſeptem vſq; ad Tarqui-
nium, & ex ſeptem &. 30. principibus qui præfuerunt Romano imperio a Iulio vſq; ad Conſtantinum, C
vni tantum ex conſenſu ſenatus & populi datum eſt hoc cognomen pater patriæ, ob morum ipſius inte-
gritatem, videlicet Auguſto Cæſari. Hic enim iuxta Tranquillum domini appellationem vt maledictũ
Cæſar. & obprobrium ſemper exhorruit, & nec a liberis vel nepotibus, vel ſerio vel ioco dominus appellari paſ-
ſus eſt, & ſuper hoc edicto publicato. Sed pater patriæ a ſenatu ſalutatus & populo, cum lachrymis re-
ſpondit. Compos factus votorum meorum patres conſcripti, quid aliud habeo deos immortales præcari,
q; vt hunc conſenſum veſtrum ad vltimum vitæ finem mihi perferre liceat? Cæſar igitur iuxta Politiam
humanam modeſtus erat, & iuſticiæ cultor, ſuis tamen viuebat comodis, ſuæ gloriæ ſtudebat. Id mani-
Trãquill9 feſtum eſt ex his quæ de eo ſcribit Tranquillus. Bella Ciuilia. 5. geſſit, primum ac nouiſſimum aduerſus
M. Antonium. Secundum aduerſus Brutum & Caſſium. Tertium aduerſus vel Antonium trium virũ
trem, quartum aduerſus ſextum Pompeium Cn. Pompeij filium. Sequitur ad propoſitum. Omnium bel- H
lorum initium & cauſam hinc ſumpſit: nihil conuenientius ducens: q; necem Iulij C. auunculi vindicare:
tueriq; acta. Itaque Cæſar duplici nomine non erat rex Iudæorum, & quia Gentilis, & quia gloriæ ſuæ
deſeruiebat: cum populi ſui detrimento, bella gerens Ciuilia. Id quod diximus de Romanis: videre licet in
Iudæorum regibus, qui Iudæi licet eſſent natione, populus tamen eis pro aſina erat, ſicut habes. 1. Reg. 9.
Hoc eſt ius regis qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, hoc eſt ex libe-
ris faciet pullos & aſinas, &c. Nam ſi tempore Salomonis quando profunda pace fruebantur, graui tri-
butorum onere primebantur, ſicut ipſi Iudæi conquerũtur apud Roboamum filium Salomonis. 3. Reg. 12.
quid de imperio cæterorum regum ſentiendum ſit nemo non videt. Erat igitur Iudæa aſina deſeruiens vti-
litatibus regum, qui ſua tantum quærebant, non quæ regni. Iſte autem rex & Iudæus eſt natione, quia
filius Dauid, & non ſibi veniebat, ſed vt in ſanguine teſtamenti ſui, ſui inquam non vitulorum aut hir-
Zach. 9. corum, agni paſchalis aut vitulæ ruffæ, educeret vinctos de lacu, vt pacem prædicaret, vt libertate dona-
ret vinctos mendicitate & ferro. Pſal. 106. Vt ſalute æterna donaret credentes in ſe, quorum vox eſt, O-
ſanna in excelſis. Vt ex præcedentibus & ſequentibus faceret vnum ouile & gregem vnum, cuius ipſe
eſt paſtor & rex. Ebech. 37. Pro huiuſmodi igitur, exultare iubetur filia Sion. Iam tertium illud, iuſtus &
pauper & ſaluator: huic ſoli propriæ proprium eſt. Ipſe eſt enim ſanctus ſanctorum iuxta Danielem: ipſe
Cap. 9. eſt rex iuſticiæ iuxta apoſtolum. Hebr. 7. Vnde illud, intende proſpere, procede & regna, propter veri-
tem & manſuetudinem & iuſticiam. Fuit enim dominus Ieſus verus in promiſsis: id fide tenemus, man-
Pſal. 44. ſuetus & mitis in ſuſcipiendo peccatores, abſoluendo pullos & aſinas a vinculis peccatorum ſuorum,
Matth. 9. Lucæ. 7. Ioan. 11. Iuſtus in conuerſatione & omnis virtutis exemplar: iuſtus quia ſoluit pro
ouibus ſuis quæ non rapuerat. Pſal 60. Forſitan enim pro iuſto quis ſuſtineat mori. Rom. 5. Et hic eſt ſum K
mus gradus iuſticiæ in homine, mori pro vno aliquo iuſto & bono viro. Rex autem iſte iuſtus & ſer-
Eſai. 53. tor, pro impijs mortuus eſt, & diſciplina pacis noſtræ recidit ſuper eum. Tantæ autem paupertatis
Lucæ. 2. (cuius inopia nos opulenti ſumus. 2. Cor. 8). vt non haberet ſepulchum quo conderetur, Matth. 17.
eſſet illi locus in diuerſorio, vbi natus: reclinaretur. Refert autem Pultarchus de Epaminonda prin-
Plutarch. corp insigni Athenienſium, quem Thebani ob inopiam publico honore funeris proſequuti ſunt. Ni-
nim eius mortui domi præterquam verũ ferreum inuentum eſt. Dicebat autem Ariſtides verbum aureum:
Ariſtides. Eos probe paupertatem erubeſcere, qui præter ſui ipſorum voluntatem pauperes eſſent, qui autem
ſententia vt ipſe, optimo iure gloriari. Ita & Alexander philoſophus qui contemnendæ gloriæ præcla-
Alexand. ra exempla de ſe peribuit, in ea quam cum craſſo habuit conſuetudine. (Fuit enim præceptor eius in phi-
loſophia) nec enim facile iudicari poteſt, vtro tempore pauperior vixerit, an cum primum ad craſ-
ſum acceſsit docendi gratia, an cum poſtea in eius amicitia ac familiaritate permanſit. De quo vnum
hoc dixiſſe ſatis erit, quod cum nunquam a craſſo diſcederet, ſolusque ex amicis aliquando cum
illo per

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

illo per egre profectus eſſet, in itinere pileum popoſcit, eumq́ ſtatim ex itinere reuerſus, craſſo reſtituit.
O ſummam atq; admirabilem viri continentiam: Quæ ſolā paupertatem incorruptibilē atq; inſuperabi
lem eſſe putauit. Nam iuxta prouerbium nulla arx inexpugnabilis eſt, ad quā aſinus onuſtus auro con-
ſcendere poſsit. Sed audiamus Zachariam conſequenter dicentem de rege paupere iuſto & ſaluatore, ſe-
dens ſuper aſinam. Chryſo. Mihi vero non ſolum quia in hoc vocatio Gētium ſignificabatur, Sed vt vi- Chryſoſt.
uēdi nos doceret philoſophiā, in aſina ſediſſe perhibetur, ne maiora q̄ vſus neceſſarius requirit quæramus.
Ita & naſcendo, non magnificas ædes ſed ſtabulum & matrem elegit pauperē. Diſcipulos non oratores Matth. 12.
ſed pauperes elegit, & pane hordeaceo paſtos, imo & ſpicis inter manus attritis. Aſcendens inquit ſuper
pullum, non currus agens, nō vectigalia exigens, non ſatellitibus conſtipatus ſed frondibus. Tu vero ſu-
A bitam pulli domationem admirare. Gentium enim obedientia præfiguratur, & repentina in meliorē vitā
mutatio, (quia erant & in Niniue iumenta multa) quæ omnia illis verbis facta ſunt, ſoluite & adducite Ionæ. 4.
mihi. Ita inordinata inordinē, & immūda ſanctificata ſunt, pullus enim aſini immundus erat in lege, præ-
cio pro non redimebatur Exo. 13. Sed nunc mundatur, domino ſuper eum aſcendēte. Aſcendit ergo nō ſuper
equum feruidum, qui procul odoratur bellū, Iob. 39. Sed ſuper aſinam tranquillitatis & paucis amicā, ſicut
patet ex verbis eius ad prophetā Balaam. Num. 22. præceperat autē dominus vt rex conſtitutus ſuper po
pulum ſuum, non multiplicaret ſibi equos, diſcordiæ amatores. Plutar. Leuiſsimus autē quis cum aut in re Deut. 17.
nummaria ante celluerit alios, aut in ciuiles quoquo modo incurrerit honores, in opinata ſtatim fœlicitā- Plutarch.
te laſciuire ſolet. Ecce Clitus ad Amorgum tribus aut ad ſummū quatuor depreſsis Græcorum nauibus,
vocitari ſe Neptunum paſſus eſt. Parte alia Demetrius (cui quotam ipſi partē fortuna ex Alexandri opi-
bus, duobus vt dicitur digitulis primoribus carpens attribuerat) iouem ſe vocari æquis ſuſtinuit auribus.
B Nec iam ad eum legati mittebantur ab vrbibus, ſed theori, ideſt oracula ſciſcitaturi, reſponſaq́ eius oracu-
la dicebantur. Lyſimachus qui loca ad Thraciam vergentia quaſi regni extrema obtinebat: Eouſq; inſo-
lentiæ euaſit, vt diceret. Nunc demum Bizantij ad me veniunt, cum lancea cælum attigi. Ibi paſiades Bi-
zantius qui tum forte aderat, approperemus inquit, ne lanceæ iſte mucrone mediū cælum pertūdat. Nec
mirum cum iam Clearchus geſtauerit fulmen, vnumq́ liberorum tonitru appellauerit. Sunt qui ſe Euer-
getas, ideſt beneficos vocitarint, ſunt qui Callinicos, i. egregie victores: nonnulli Soteras. i. ſeruatores,
quidam Megali dicti ſunt, ideſt magni: Caligula vnus eſt rex, vnus eſt dominus: de ſe dixit: indignus qui
vel homo diceretur. Rex autem noſter iuſtus ſeruator pauper, aſcendens ſuper aſinam. Quis non illi iu-
mento plurimū inuideret: cuius in humili tergo ad commendationem ſuæ ineffabilis manſuetudinis di-
gnatus eſt inſidere rex pacificus, ſi cum illius tam præcioſi oneris geſtatione intelligentiā quoq; habuiſſet
tam ſingularis honoris? Vnde autem huic pullo verendū erat, ne ſub tali ſarcina corrueret? An vero timē-
C dum ei luporum in curſus? Num vel precipitium: vel ne offenderet ad lapidem pedem ſuum? veſtimēta ei
ſternuntur in via. Tot duces habuit in ſancta ſanctorum, quot illum præcedebant clamantes: Oſanna Se- Pſal. 26.
quitur Ioan. cap. 12. Hæc non cognouerunt diſcipuli ſui primum, ſed quando glorifica-
tus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, q̄ hæc ſcripta erant de eo, & hæc fecerunt ei. Vide-
bant diſcipuli concurſum populi, audiebant clamantes pueros, videbant ſterni veſtes, præcidi ramos, &
mirabantur ſubitam pulli cicurationē: Hæc omnia videbant, ſed opinabātur caſu geri, & quod pace eo-
rum dico & cum bona venia, non magis intelligebant prius myſterium, q̄ aſina aut pullus agnoſcebat
ſeſſorem. Sed poſtq̄ dominus reſurrectione ſua glorificatus eſt, & conſenſu in dextra patris, & miſſo ſpi- Capi. 3.
ritu ſancto, ſicut promiſerat, (eo enim magiſtro vſu apoſtoli intellexerunt omnem veritatem) tunc rem
geſtam cum teſtimonio Zachariæ conferentes, myſterium plene intellexerunt, quid videlicet præfigura-
D ret aſina & pullus, rami & indumenta, & vox illa, Oſanna, & ingreſſus domini in ſancta ante ſex dies
paſchæ, & cætera. Et patet.

Caput. xiiij. Adducuntur iumenta, ſternitur pullus, dominus ſedit deſuper, ra-
mos ſternunt in via & veſtes, clamant voce conſona: Benedictus qui venit in
nomine domini. Ecce totus mundus poſt eum vadit, ſi hi tacuerint, lapides
clamabunt.

EVntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit eis Ieſus, Marcus, &
inuenerunt pullum alligatum ante ianuam foris in biuio, & ſoluūt
E eum. Lucas: ſoluentibus autem pullum, dixerunt domini eius ad il-
los: vel iuxta Marcum, quidam de illic ſtantibus. Marcus & Lucas. Quid
ſoluitis pullum? Marcus, qui dixerunt eis, ſicut præceperat illis Ie-
ſus, Lucas, quia dominus eum neceſſarium habet, Marcus: & dimiſe-
runt eos, Matthæus, & adduxerunt aſinam, Matthæus & Marcus & Lu-
cas, & pullum ad Ieſum. Et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua.
iuxta Matthæum, Marcus & Lucas. Imponunt pullo veſtimenta ſua.
Matthæus, & eum deſuper ſedere fecerunt, Marcus, & ſedit ſuper eum. Lucas, Impoſue-
runt Ieſum. Pullus & aſina dominum habebant, nec erant deputari pauperum vſui. Chryſoſt. vide
Lucæ. 19. ita dicit Caietanus, Fabella eſt dicere q aſina nō habebat dominum. Item q erat in Hieruſa-
lem. Et dictum eſt ſuperius q cum dicitur, ite in caſtellum, caſtellum hoc non ſignificat Hieruſalem,
quæ ſemper vocatur ciuitas. Idem dicit Caietanus, inuentus eſt igitur pullus, ſed ligatus, ſed in biuio, Matth. 8.

multorum dominorum ſeruitio mancipatus, quia vnum verum & bonum & neceſſarium a ſe abiecerat. Nemo autem poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim ſeruiet vni & neceſſario, aut ſeruiet multis, qui cœdant tum flagellis tum & ſcorpionibus (3. Reg. 12.) & ſi detur copia etiam gladio ſicut dixit aſinę ſuæ Tyrannus Balaam. Num. 22. Erat autem in biuio: quia extra fidem eius, qui via eſt ad vitam & veritatē, Ioan. 14. Ligatus igitur erat, iniquitates enim ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Prouerb. 5. De his habes Iudi. 16. de Samſone, qui ſeptē neruiceis funibus ligatus eſt, vt eſſet infirmus ſicut cæteri homines. Soluitur autem iuſſu Dei dicentis: Quę ſolueritis in terra, ſoluta ſint. Sed obſtant domini iumentorum dicentes: quid ſoluitis pullum alieni iuris? Inde illa vox, veniſti ante tempus

Matth. 16. torquere nos. Matth. 8. Tormenta vocant dæmones, cum coguntur relinquere hoſpicia ſua, & iumenta quibus diu inſederunt. Hæc enim ſunt arma quę abſtulit dominus de domo fortis. Habet autem eos ne-

Lucæ. 11. ceſſarios dominus, quia alias cui erit caput, ſi non eſt corpus? Ipſe eſt enim caput corporis eccleſiæ, cui ille F

defluit ſenſum motum & vitam, &c. Ephe. 1. Adducunt igitur pullum, vt nouo ſeſſori nouū item iumentum deſeruiret, niſi ꝙ interim deſunt regalia ornamenta, Frenum, Phaleræ, Calcaria. Adiuuant autē & hanc actionem apoſtoli, inſternentes pullo indumēta, quo honeſtius ſederet diuina maieſtas & mollius, & ne nudum tergum pulli prēmeret, qui ceruices ferreas confregit e collo noſtro, vt incederemus recte &

Sabellicus. recti. Leui. 26. Et eum deſuper ſedere fecerunt. Sabellicus. Pipinus rex Franciæ vbi pontifex Stephanus aduentare dictus eſt, ad tertium lapidem obuiam progreſſus, ad eius pedes ſe venerabundum demiſit, inde ęqui frenum regens pedibus, ęquo ſedentem in regium perduxit hoſpicium, tanto tunc regibus ꝙ nunc priuatis maius fuit pietatis & religionis ſtudium. Sed ſi audiſti huius pietatem audi paſtoris eccleſiæ charitatem. Mira fuit in Paulo huius nominis primo ſanctitas. Nulli vnquam malum pro malo reddidit.

Paulus. Rom. 12. Sed exemplo Chriſto, ijs etiam bene pręcatus eſt, qui ex confeſſo fuiſſent ſibi iniurij. Duobus ad G

Matth. 5. hæc tribus ve famulis commitatus, noctu pauperum ægrotantium cubilia circumiens, morbo affectos, verbis & eleemoſynis leuabat, nexos ſoluebat, aut cuſtodia liberabat, alieno ære creditoribus ſoluto. Pupillos viduaſq; circunſcriptorum fraude preſſos, ab iniuria tuebatur, alebatq; ſuo ære. Sed adrem. Erat autem videre ſacramentū illud admiratione plenum, homines biſſenos deſeruiſſe vni ad conſcenſum pulli vel aſinæ, quolibet illorum ꝙ officioſiſſime exequente partes ſuas. Qui princeps, rex aut imperator, dictator ve talibus vſus eſt pueris, qui induerent calcaria, purpuram circundarent; præcederent velut lictores cum facibus? Quis princeps huiuſmodi clauigeris vſus eſt, qui occurrentes arcerent a via? Et qui illis

Pſal. 138. Sedebitis ſuper ſedes. 12. iudicantes. 12. tribus Iſrael. Matth. 19. Et iuſſus, nimis honorati ſunt amici tui deus. Hi ſunt lictores, clauigeri, famuli, hi ancum pedes, hi ſunt a pedibus: hi iumenta ducūt, & ſternūt, facti interim ſpectaculum & hominibus & angelis, qui & ipſi omnia hæc ꝙ libenter exequerentur, ſi res ferret, H

omnes enim ſunt adminiſtratores ſalutis humanæ. Hebr. 1. Eunte autem illo, Matthæus, Marcus, Lucas: plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij ramos de arboribus, Ioānes palmarum, cedebant, & ſternebant in via. Tātum honorem exhibentes aſinę quantum nec regibus exhibetur: iuxta Matthæum & Marcum, iuxta Ioannem Ramos ferebant in manibus. Matthæus & Marcus, turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur, clamabant dicentes, Oſianna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Marcus, Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid. Matthæus & Marcus. Oſianna in altiſſimis. Quā primum igitur rex pacis radices attigit montis oliuarum, ingens hominum turba quorum tetigerat deus corda (1 Reg. 10.) Progreſſa eſt obuiam regi iuſto pauperi & ſeruatori, nec offenſi habitu venientis in forma ſerui (eſt enim fides tum vel maxime oculata, quando caligant increduli) veſtimēta ſua ſternūt I

in via, quo in offenſo pede incedat pullus, qui incalceatus adductus fuerat. Cæteri quibus veſtimenta nō ſuppetebant, ramos palmarum cedentes, partim manu geſtantes, partim viam hinc inde ſternebant in gloriam venientis. Eſt autem palmæ natura mirabilis, perpetuo virens, proceræ altitudinis, aſcenſu difficilis:

Palma. fructu ſuauiſſimo, victoriæ inſigne. Apoc. 7 Genuina quadam, naturæ vi inſurgens aduerſus onus impo-

2. Cor. 12. ſitum, iuxta illud, cum infirmor, fortior ſum, vel potens ſum. Et illud poetæ: tu ne cede malis, ſed contra audentior eſto. Chryſo. Quoniam igitur omnia mandata legis & ſpecies Iudaicæ religionis a Chriſtianis

Chryſoſt. erant conculcanda in via, i. in Chriſto: Ideo iam tunc illa ſternebant ſub pedibus iumentorum. Iumenta enim gentes ſunt. Et obſerua ꝙ apoſtoli ſuper iumenta ponunt veſtimenta ſua; Cæteri vero ea ſubſternunt in via, quoniam mandatis quidem apoſtolorum (docete omnes gentes) adornantur Chriſtiani, legis autem mandata ipſi dant peſſum. Quoties enim circuncifionem ſpernimus, & ſacrificia Iudæorum pro K

nihilo ducimus, & cæteras iudaicas conſuetudines reprobamus, veſtimenta Iudæorum quibus ipſi ornabantur, quæ ſuo tempore erant valdæ bona, & mirabilem pręſe ferebant pulchritudinem (Ezech. 16. cap.) nos qui ſumus ex Gentibus tanquam pannum menſtruatum ſub pedibus calcamus. Legimus de caligula, ꝙ

Gene. 27. interdum adeo ſegniter & delicate iter faceret, vt octoforo veheretur, atq; a propinquarum vrbiū plebe

Caligula. verri ſibi vias & conſpergi propter puluerem effœminatus exigeret. Sed & Catoni ab eunti ex prouintia cui præfuerat, veſtes in via ſternebant, & lachrymis proſequebantur euntem, tantam vim habet iuſtitia

Cato. & virtus in principe modeſto & probo. Neroni aliquando incedenti paſsim victimæ cedebantur (o humanam prudentiam, imo amentiam) ſparſo per vias tanto nebuloni identidem croco: vt ne miremur ve-

Nero. ſtes, frondes, & ramos pauperi Chriſto a turbis ob fauorem ſterni. Veſtes nō habentes, ramos ſternebāt.

Iuli. Cæſ. Vidiſti modeſtiā regis pauperis, audi inſolentiam Iulij Cæſaris, vt iure cæſus videatur. Non enim honores modo nimios accepit, vt continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamq; morum, inſuper pronomen imperatoris, cognomen patris patriæ, ſtatuam inter reges, ſed & ampliora etiam humano la-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

no faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in curia, Templa, aras, ſimulacra iuxta deos, flamen. Denique eo veſaniæ venit, vt diceret, debere homines conſideratius iam loqui ſecum, ac pro legibus habere quæ dicat, ſiue ebrius dicat, ſobrius ve, non refert. Sed nos conuertamus oculos & audiamus quibus clamoribus turbæ quæ præcedunt comitantur, & ſubſequuntur: nouum regem pauperem & iuſtum proſequantur. Clamant enim dicentes. Oſianna filio Dauid. Chryſo. puto autem quod nec ipſi qui laudabant ſciebant quid laudabant: ſed Spiritusſanctus ſubito ingreſſus in eos, virtutis verba fundebat. Nam & populo non eſt data voluntas, vt eum regem vocitaret, ſed poteſtas: olim enim id attentarat, ſed non eſt permiſſus, ſciendum quod dictiones iſtæ Oſianna Hebraicæ ſunt: Oſi verbum eſt, anna interiectio eſt optatiua. Videntur ſumpta verba hæc ex Pſal. 117. Ibi o domine ſaluum me fac, pro quo in Hebræo eſt, ana ihouah hoſiah ana, quod manifeſtius interpretatus eſt Symachus dicens. Obſecro domine ſaluum me fac obſecro. Siquidem hoſiah ſaluifica interpretatur, ana interiectio eſt velut efflagitantis aut obteſtantis. Videtur autem quod non abſque congruenti cauſa interpres Hebraicam vocem reliquerit, opinor, quod peculiaris ſit eius Gentis acclamatio hoſiah ana. Verum quid conuenit rex Iſrael & Oſianna, cum pullo & aſina & puerorum frequentia? Sed rex dicitur, quod mentes regat, & in regnum cælorum credetes fide quæ per dilectionem operatur perducat, potentes deponat, exaltet humiles. Luce. 1. Ideo dicitur ad eum benedictus qui venit. Quod nulli regi Iudæorum dictum eſt. Confert autem Auguſtinus canticum illud. Exo. cap. 15. Cantemus domino, glorioſe enim honorifica. eſt: cum verbis iſtis: Oſianna in excelſis, & pro inſigni miraculo ponit, quomodo vterque ſexus & omnis ætas etiam & illic, in hanc vocem proruperint in ſimul: Cantemus domino, hic autem: Oſianna filio Dauid, benedictus qui venit, cum nihil tale antea edocti fuerint. Memores igitur turbæ mirabilium operum Chriſti quæ vel viderant vel audierant, quorum prouintia Iudæa teſtis erat oculatus, & maxime miraculi editi in ſuſcitatione Lazari iuxta Ioannem: obuiam ei facti exultantes clamabant: Fili Dauid Oſianna in excelſis. Auguſtinus Significat autem, quod moriente domino, laus in cælum vſque, etiam ad excelſa peruenerit, pace facta in cælo & in terra, vt a modo ceſſet verbum illud Eſai. 34. Inebriatus eſt in cælo gladius meus. Chriſtus enim dominus pax noſtra eſt qui medium parietem inimicitiarum diruens (maceria enim erat) in carne ſua, aſinam & pullum vno copulauit iugo, qui in lege cauerat, ne proſcinderetur in boue & aſino. Deut. 22. De hoc. Zach. cap. 8. In diebus illis in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, ibimus vobiſcum, audiuimus enim quoniam deus vobiſcum eſt. Hieronymus. Quas Eſaias 7. mulieres vocat cap. 4. Eæ ſunt ſeptem eccleſiæ. de quibus Ioan. in Apocalypſi (& Paulus ſeptem eccleſiis ſcribit) & hic decem viri nominantur. Iota autem ex qua nomen domini incipit, & apud Græcos & apud Hebræos denarium numerum ſignificat, & hoc myſtico ſermone monſtratur, quod omnes qui cenſentur vocabulo Chriſtiano, quos & dominus ſeptem milia eſſe dicit (3. Reg 19.) ex omnibus linguis & nationibus apprehendent fimbriam viri Iudæi, ideſt ſaluatoris, de quo dicitur, ipſe erit expectatio Gentium, & cupient illius hærere veſtigijs, dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini. Poteſt ſic intelligi iuxta Originem, quod per Verbum benedictus qui venit, aduentum Chriſti in carne ſignificent, per Verbum autem Oſianna reſtitutionem eius in ſancta, cum expleta crucis diſpenſatione, & triumphatis tenebrarum principibus (Collo. 2.) aſſumptus eſt in cælum. Quodque dicunt: benedictum regnum Dauid patris noſtri quod venit, verbis ſtipulantur angeli dicentis: Dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit, credebant enim eum cito regnaturum ſicut Dauid & Salomon, de quo dictum eſt Matth. 20. Ibi: dic vt ſedeant. Sed dominus ad Pilatum regnum meum inquit non eſt de hoc mundo. Conferamus ſi licet triumphos principum ſæculi huius cum triumpho principis noſtri, vt oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcant. Triumphauit Pompeius de his regionibus Ponto Armenia Cappadocia, &c. Inter hæc notabatur in triumpho caſtella haud pauciora quam mille capta: ciuitatis ferme noningentæ: vrbes præſidijs Romanis firmatæ vndequadraginta: In ærarium vaſa aurum argentumque ſignatum ad. 20. milia talentorum, captiuorum principum copia non parua omnis ſexus & ætatis. Confer igitur nunc ramos cum armis & bombardis & claſſico, & lachrymas innocentem cum cantu puerorum, & currum ſuperbeſtratum cum aſina & pullo: Modeſtum vultum illum, ac ſpecioſum forma præ filijs hominum cum Pompei facie faſtu turgida, fronte torua, ſupercilijs adductis, ore minaci: ardentibus oculis. Confer Chriſti pauperis ſimplicem veſtem cum purpura illa & ornatu tragico. Confer inquam aſinam cum tot caballis vehiculis lecticis ſtratis auro obrizo, & omni lapide precioſo, confer paupertatem Chriſti cum tot pecuniarum aceruis Tyranno conquiſitis ticulo, confer tot principes in triumpho ductos, & regno & vxoribus & filijs priuatis, & vita demum, cum populis acclamantibus, filij Dauid Oſianna in excelſis. Confer tot prouincias victas, ciuitates euerſas: caſtella igni ſuppoſita, cum clementia regis noſtri, qui videns ciuitatem: fleuit ſuper eam, & intelliges triumphum illum prædonum fuiſſe Tyrannorum & Cyclopum & principis huius ſæculi miniſtrorum hunc autem de quo nobis eſt ſermo regis iuſti, pauperis & ſaluatoris, de quo ſcriptum eſt: Ego parcam Niniue ciuitati magnæ Ionæ. 4. Denique illic inter tripudia applaudentium vni triumphatori (nec ſedet animo dicere quantum ſanguinis innoxij interim fundebatur) multos legimus lachrymantes, hic & qui præibant & qui ſequebantur omnes clamabant victori mortis, benedictus qui venit in nomine domini. Scriptum eſt enim: Alligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem o fili mi aſinam ſuam. Gene. 49. Chryſoſto. Ecce populum Iudæorum & Gentium dicit ligandos eſſe præceptis euangelij in tanta pace, vt nec propaginem vitis abrumpant ſemel ligati. Vocantur autem præcepta legis nouæ propagines vitis propter teneritudinem præceptorum, & facilitatem legis ferendæ. Vnde illud, Ego ſum vitis vera. Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum montis oliueti: Cœperunt omnes turbæ deſcendentium gaudentes

Left margin (section letters): A (at "dem hoſiah ſaluifica interpretatur"), B (at "lus in cælum vſque"), C (at "apprehendent fimbriam viri Iudæi, ideſt ſaluatoris"), D (at "quadraginta: In ærarium"), E (at "phum illum prædonum").

Right margin (marginal notes): Chryſoſt. — Ioan. 6. — Oſianna. — Auguſt. — Auguſt. — Colloſ. 1. — Ephe. 2. — Cap. 8. — Hierony. — Gene. 49. — Origenes. — Ioan. 18. — Pſal. 44. — Luce. 19. — Chryſoſt. — Ioan. 15. — Luce. 19.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

gaudentes laudare deum voce magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus, di-
centes. Benedictus qui venit in nomine domini: pax in cęlo & gloria in excelſis. Be-
nedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael. Venerat ad terram Iudææ Rapſaces ſed in no
mine regis Aſſyriorum, venerat autem cum mendatio dicens. Dominus dixit ad me (mentitur) aſcende
ad terram iſtam & diſperde eam. Eſai. 36. Venit rurſus Holophernes in prouintiam Iudæam, ſed in nomi-
Luc. 15. ne Nabucodonoſor, vt perderet omnes deos de terra. Iudith. 3. Venerunt & multi alij fures & prædones,
ſed in nomine ſuo. Ioan. 10. Hi igitur omnes quia vt perderent veniebāt & vt mectarēt, omnes vno ani-
mo contradixerunt eis, & remiſerunt vacuos ac ſine honore abiecerunt. Iudith. 1. Huic autem regi qui ve-
nit vt diſperſa congreget, & ouem errabundam humero impoſitam in caulas reducat, merito cecinerunt,
benedictus qui venit. Neq; enim vacuus venit, plenus gratia & veritate Ioan. 1. Ferens oleum & vinum
& duos denarios. Luc. 10. Manus eius tornatiles & plenæ hyacinthis. Cant. 5. Quod autem dicit Lucas
ꝙ ap. laudebant turbæ domino, &c. Id Ioannes exponit partim vel ex parte in conſequentibus dicens.
Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit
de monumēto, & ſuſcitauit eum a mortuis: propterea & obuiam venit ei turba, quia
audierant eum feciſſe hoc ſignum. Non eſt intelligendum, ꝙ omnes qui occurrerunt domino cla-
mantes, Oſanna affuerint domino ſuſcitanti Lazarum, imo nec decima pars. Inopinatum tamen hoc po-
puli ſtudium & concurſus illi excitauerunt, qui fuerunt teſtes oculati reſurrectionis Lazari, & hi narra-
bant alijs atq; alijs, & vnda excipiente vndam, & fama qua nihil aliud magis velocitate viget, breui eas
acquiſiuit vires eundo, vt conflata ingenti turba, obuiam domino proceſſerint. Et quia tam famoſum ſi-
gnum a ſeculo auditum non fuerat, quod reuera diuinam pręſe ferebat potentiam, cum honorem illi ex-
hibuerunt, qualem nulli antiquorum prophetarum. Reperti ſunt autem inter frequentiam populi alij &
alij, qui & ipſi alia miracula viderant ſaluatoris, de quibus multa diximus in ſuperioribus, & hæc omnia
in commune referentes & admirantes, pro his omnibus quas viderant virtutibus, dicebant, benedictus
qui venit, &c. Pax in cælo. Pax autem iſta Chriſtus eſt iuxta Paulum Ephe. 2. Quo nato cantatum eſt
Luc. 2. ab exercitu angelorum: pax hominibus in terra. Ipſe igitur eſt pacis noſtræ autor, qui fecit vtraq; vnū,
hoc eſt ex aſina & pullo vnam eccleſiam: cuius caput iam ſedet in cælo. Vox igitur hęc, pax in cælo, eccle-
Ephe. 2. ſiæ eſt deſiderantis coniungi & connecti capiti ſuo, qui iam ſedet in cælo: ipſi gloria in excelſis. Phari-
ſei ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis ꝙ nihil proficimus: ecce totus mūdus poſt
Ioan. 12. eum abijt: Lucas, Et quidam Phariſæorum de turbis dixerunt ad illum. Magiſter in-
crepa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait. Et ſi hi tacuerint, lapides clamabūt. Per quod
oſtendit ꝙ impoſsibile eſſet tacere pueros, quando voces eorum lapides ſupplerent. Vnus e numero Pha-
riſæorum iſtorum erat Saulus ille æmulator acerrimus paternarum ſuarum traditionum, qui legem au-
tam mordicus tenens, conabatur Moſen excitare, cuius ſepulchrum nemo nouit. Deut. 34. Lunam e cęlo
deponere, ſoli offundere tenebras, & diem præteritum reuocare. Et proficiebam inquit Saulus qui & Pau
Gala. 1. lus in iudaiſmo, quia res pro voto ſuccedebat. Gala. 1. id autem cum primis dolent boni iſti patroni legis
Moſaicæ, ꝙ rē reipublicę ſegnius penſiculantes, nihil proficerent. & quod magis indoleas miſerię eorum,
omnia tenderent in diuerſum. Quo enim magis conabantur paleſtini ſtatuere idolum Dagon, eo fractu-
Herodot⁹ ra eius inſanabilior efficiebatur. 1. Reg. 5. Bene conſulere inquit Herodotus. Comparo magnum eſſe lu-
crum. Nam etiam ſi quid e contrario euenturum eſt, nihilo tamen minus bene conſultum eſt, ſuperauitq;
fortuna conſilium. At qui turpiter conſultauit, ſi ei fortuna obſecundauit: ille eſt quidem voti compos:
nihilo tamen minus male conſilium cœpit. Videtis inquiunt ꝙ nihil proficimus. Nos inquit multi, altu-
Marci. 6. ti, ſapientes, ſagaces, & alias opulenti, iſte vnus homo treſsis, Faber Fabri filius, & qui Mineruam nec a
limine ſalutauit: pauper alias & humilis, nibilominus in morem magnetis omnes poſt ſe trahit. De hoc
Prouerbiū lapide vide Plin. lib. 36. c. 16. Ecce inquiunt mundus totus poſt eum abijt. Nos autē permanemus immo-
Plutarch⁹. biles quaſi lapides. Sicut autem dicit Plutar. Hoc inter odium inuidiamq; videtur intereſſe, quod illud in
brutorum etiam naturam inueniatur, hæc humanum genus non excedat. Ad id accedit, ꝙ nemo poterit
iuſte inuidere: odio vero complures iuſte habentur. Odio enim ſunt deo impius & impietas eius. Sap. 14.
Magnum vero huius rei argumentum eſt, ꝙ nonnulli odio ſe habere ꝙ plurimos fatentur, qui inuidere
ſe alicui negarent. Odium enim malorum laudabile eſt. Idcirco fratri Lycurgi filium Charyllum probum
Odium. & clementem virum, Spartæ præfectum, laudātibus quibuſdam: Collega eius, & quomodo inquit pro-
bus eſt, cum ne in malos quidem ſit acerbus: Therſitæ quidem turpitudinem corporis varie ac mul-
deſcripſit Homerus, peruerſitatem vero morum breuiter & fere vno verbo concluſit, odit & hunc ma-
Homerus. gnus Pelides: odit Vlixes. Maximus enim peruerſitatis cumulus eſt, optimis viris inimicum eſſe. Aquilæ
& Dracones inter ſe pugnant Cornices & noctuæ. Aegitali & Acanthylides, quorum nec cruor quidem
cum interfecti fuerint commiſceri poteſt, ꝙ ſi forte commiſcueris, rurſus fluit ſeparaturq;. Ergo odium vt
prędicitur in animantia etiam reperitur: inuidia inter homines tantum, quorum vox eſt (cum multa tere-
ra animi amaritudine prolata, & vlceroſis ſulpirijs) videtis videtis ſiſyphi ſumus, reuera videmus ꝙ nihil
Prouerbiū proficimus, hircum videmur mulgere, & Cribrum ſupponere. Tempus ludimus, omnis impenſa nobis pe
Gregorius rit. Quid igitur? Sapiamus vel ſero. Moriatur vnus: ne tota Gens pereat. Ioan. 11. Gregorius lib. Mo. 6.
cap. 13. At qui redemptoris mors ad coniunctionem ſui corporis, 1. Eccleſiæ valuit, non ad ſeparationem.
Leui. 1. Vnde & per legem turturis vel columbę in figura noſtri ſacrificij ſecari guttur pręcipitur, & non penitus
abſcindi, vt & poſt mortem corpori caput inhęreat, quia videlicet mediator Dei & hominum, 1. caput
Figura omnium noſtrum & vere mundationis hoſtia, Vnde pro nobis mortem pertulit; inde nobis verius inhęſit. Quomodo

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

Quomodo verius? Iubetur abſcondi caput retortum ſub aſcellis. Iuſtus nanq; & miſericors mortaliū actu
diſponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus, atque ea quæ permittit ſic tolerat, vt hæc in ſui
conſilij vſum vertat. Abſciderunt caput a corpore, ſicut ipſi opinati ſunt: verum niſi granum frumenti ſe-
peliretur, vnicum remaneret, ſicut ſcriptum eſt, ſingularis ſum ego, donec tranſeam: tranſit ex hoc mundo
ad patrem: Et ecce totus mundus poſt eum abijt, iſtis bonis videntibus nec tamen potentibus obuiare tā- Pſal. 140.
to malo. Sane Theophyl. Ita legit hūc textum. Videtis ꝙ nihil proficitis, theorite hoti uK ophelite uden. Theophy.
Videtis ꝙ nihil proficitis. Gloſa. Hi non ex malicia loquuntur, non enim erant ex ijs qui mortem eius me-
ditati ſunt, ſed beneuoli eſſe videntur. Quæ inquiunt veſtra vtilitas, ex multis contra hunc hominem in-
ſidijs? Quantum enim inſidiamini, tantum hic creſcit, & augeſcit gloria eius. Nam mundus toto corde
ſequitur eum: Quia ergo nihil proficitis perſequendo, venite credendo. Facilius vulpes arare doceas. Mor Prouerbiū
A tuis verba faciebant iſti. Sed audi cætera. Quidam ex Phariſæis inuidia perciti a vocibus illis benedictus
qui venit in nomine domini Oſianna in excelſis: (reuera enim acclamatio hæc neſcio quid pręſe ferebat
homine maius: imo ſcio & beneſcio, deum enim eundem eſſe & hominem ſonabat) mouent dominum
Ieſum, quaſi alias non perciperet huiuſmodi clamores, vt ſua ipſius autoritatem cohiberet huiuſmodi opi
nicia & cantus, velut impios. Quis enim poteſt donare ſalutem in excelſis, niſi habitator æternitatis? Et
ſanctum nomen eius. Eſai cap. 57. Magiſter inquiunt increpa diſcipulos tuos. Non enim veriſimile eſt, ſis
licet propheta, ſis amicus Dei, ſis gratia filius Dei (id autem adhuc ſub lite eſt) vt huiuſmodi blanditijs ca-
piaris. Vocantur autem diſcipuli Chriſti, qui pueris concinebant vel promiſcuæ multitudini, dominum
glorificantes. Ad hęc bonus magiſter. Quid inquit vos met euiſceratis, inuidia arrodente interiora veſtra?
Si enim tacuerint ſole moriente: ſicut reuera tacebunt, lapides & petrę ſcindentur, & reuertentes a ſpe- Lucę. 23.
ctaculo illo, (ſerpente videlicet exaltato in ligno, percutient pectora ſua dicentes: vere filius Dei erat iſte: Num. 21.
cui nudius ſextus pueri acclamabant, Oſianna in excelſis. Si igitur diſcipuli mei qui Iudæi ſunt natione,
B percuſſo paſtore, tacuerint, potens eſt deus de lapidibus ideſt Gentibus ſuſcitare filios ipſi Abraæ, Luc. 3.
qui clament dicentes, hic homo iuſtus erat. Lucę. 23. Hic homo erat ille rex pauper & iuſtus & ſeruator:
cui acclamatum eſt, benedictus qui venit in nomine domini. Denique ſi lapides tacuerint (abſit autem vt
taceant lapides viui & electi. 1. Pe. 2.) clamabunt ipſi dęmones dicentes, Ieſu fili altiſsimi obſecro te ne me
torqueas. Lucę. cap. 8. Sequitur ex Lucę. cap. 19.

Caput. xv. Appropinquans dominus ciuitati: fleuit ea viſa: dicens, ſi cogno-
uiſſes & tu, prædicit euerſionem eius quæ facta eſt a Veſpaſiano & Tito. In-
greditur templum, eijcit ex eo nundinantes, euertit menſas nummulariorum &
C columbarum caueas docuit eos dicēs, quomodo domum Dei feciſſent antrum
Cyclopum. Multos in templo ſanitate donauit. Ex ore infantium, &c. Omnis
populus ſuſpenſus erat, audiens illum.

ET cum appropinquaret, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam dicēs. Lucę. 19.
Quia ſi cognouiſſes & tu & quidem in hac die tua quæ ad pacem
tibi. i. tuam, nunc autem abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia veniēt
dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, Prouerb.
& coanguſtabunt te vndique: & ad terram proſternent te, & filios
tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem,
eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Merito igitur dicit Spi-
ritus ſanctus. Riſus dolore miſcebitur & extrema gaudij luctus occupat. Gaudiū
D enim impij ad inſtar puncti eſt (Iob. 20.) dicat licet ipſe, habes multa bona repoſita
in annos centum. Sit impius Sybilla viuacior, aut ipſo Mathuſalem (Geneſ. 5.) vel certe duplicet & tri- Lucę. 12.
plicet annos Enos & Helię, gaudium eius ad inſtar puncti eſt, adhuc ipſe in bonis ducit dies ſuos, & iam
ante annos. 5. & triginta, fletur a domino, quia non cognouit & boni conſuluit, oblatum diem ſalutis,
diem quo viſitatus eſt ab eo qui vult omnes ſaluos fieri. 1. Timo. 2. Scribit Plutarchus, ꝙ nato Alexan-
dro, pater eius Philippus ſcripſit epiſtolam Ariſtoteli in hunc modum. Filium mihi genitum ſcito. Et qui- Philippus.
dem dijs habeo gratias, non tam proinde quod natus eſt, quam ꝙ eum naſci contigit temporibus tuis. Spero
enim fore, vt educatus eruditusque a te, dignus exiſtat regni ſuſceptione. Si enim cęcus cęcum ducat, &c.
Matth. 15. Magnum fuit Alexandro tali vſum fuiſſe præceptore, illud autē multo fœlicius, ꝙ Iudæi Mo-
ſen nacti ſunt doctorem, qui ab ore Dei accepit legem quam doceret eos, non enim fecit taliter omni na-
E tioni deus. Et rurſus. Non eſt alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes ſibi: Sicut deus Pſal 147.
noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Reuera autem quam olim id verum erat tam nunc verum eſt ꝙ Deut. 4.
a nulla tantū abeſt, quia non cognouit tēpus viſitationis ſuę. Sequitur ibi. Quę enim eſt alia gens ſic in-
clyta, vt habeat ceremonias iuſtaque iudicia & vniuerſam legem quam ego proponam hodie ante oculos
veſtros? Gens igitur quondam inclyta, & oues paſcuę dominicę, & filij primogeniti, quos qui tangebat,
pupillam oculorum Dei lędere videbatur, quia non agnouerunt tempus viſitationis ſuę: dati in reprobū Zach. 2.
ſenſum, talia paſsi ſunt, qualia nulli nationi vnquam fecit deus. Faciam inquit in te iudicia quę non feci, Hierony.
& quibus ſimilia vltra non faciam. Ezech. 5. Hieronymus. Dicens iudicia: oſtendit ſententię veritatem,
ne ira menſuram pœnarum excedere videatur. Pulchreque dixit, & ſimilia vltra non faciam, multo enim
poſt interfectionem Chriſti duriora paſsi ſunt. Aliud eſt enim coluiſſe interdum idola, propter quę ante
pun. &

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Cap. 5. puniti ſunt, & aliud Dei filium truncidaſſe. Sequitur in Ezechiele. Ideo patres comedent filios in medio
Hierony. tui, & filij comedent patres ſuos. Et ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnem ventum. Hieronym⁹.
Notandum, ꝙ vbi decora ſunt & honeſta ac pro merito eorum qui ea ſuſtinent. Seipſum deus facere pro-
fitetur, vbi autem triſtia & indigna Deo, dicit quidem fieri, ſed non a ſe, vt in præſenti; ideo patres come-
dent filios. Non enim dixit ego faciam vt patres comedant filios, dicit tamen ſe facturum in Hieruſalem
iudicia, quod Dei maieſtate non videtur indignum. Legimus. 4. Reg. 6. ꝙ fame inualeſcente mater vo a-
uerit filium, quando autem patres filios comederint vel filij parentes ſuos non legimus, niſi forte in multis
Deut. 28. neceſsitatis malis etiam hæc facta eſſe credendum eſt vel ſit. Multa enim talia Ioſephus narrat facta eſſe
in obſidione Hieruſalem, quia non cognouerunt tempus viſitationis ſuæ. Vnde infert, & ventilabo eos
in omnem ventum, ſicut eſt dies iſta. Vnde illud. Mane dices, quis det mihi veſperum & veſpere, quis mi-
hi det mane, propter cordis tui formidinem, & propter ea quæ tuis videbis oculis. Venient enim dies in te,
&c. Videns igitur ciuitatem fleuit ſuper illam. Boni enim viri iuxta prouerbium lachrymabiles ſunt. Si-
Pluto. quidem illachrymare dicuntur qui miſereſcunt. Proinde Horatius Plutonem ꝙ nullis flectatur precibus
Heraclit⁹. illacrymabilem appellat. Et Dido Aeneæ duriciem incuſans: num fletu ingemuit noſtro! Num lumina
flexit, num lachrymas victus dedit? Poteſt & ad Heraclitum referri prouerbium, res humanas perpetuo
fletu proſequi ſolitum. Contra duros & exorabiles, adamantinos ferreos, & corneis fibris diximus. Fle-
Ioan. 11. uit igitur dominus amicum vita functum, flet & nunc inimicos, duriſsimo fato e vita ſubducendos, non
quia inimici, ſed quia amici olim propter patres, iuxta apoſtolum. Ita & Dauid flebat mortem Abſalo-
Rom. 11. nis, non quia inimicus imo & hoſtis, ſed quia filius. 2. Reg. 18. Sequitur ex Deut. cap. 28. Quæ mala vene-
runt ſuper Iudæos. Quæ & dominus a longe preuiſa illachrymatur. Reducet te dominus claſsibus in Ae-
Prouerbiū gypto, per viam de qua dixit tibi Deut. 17. vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in ſer-
uos & ancillas, & quod vltimum malorum eſt, non erit qui emat: quia non cognouiſti diem viſitationis
tuæ, quem iuxta Prouerbium creta aut vnione notare debuiſti. Quia nō cognouiſti medicum tuum, imo
quia agnitum, poſt dies ſex ad mortem magnis vocibus poſtulaſti. Refert autem Ioſephus, ꝙ capta ciui-
Ioſephus. tate, cum Iudæi diſtraherentur ſatis vili precio, mercatores impleuerunt naues quaſdam huiuſmodi man-
cipijs, & detulerunt Alexandriam, vt ibi cum lucro rurſus diſtraherent, ſed luſerunt impenſam quia non
erat qui emeret tam vilia ſeruitia. Dicit idem Ioſephus, ꝙ ſexcenta milia mortui emiſsi ſunt per portas vr-
bis anteꝗ caperetur, aliorum vero alibi relictorum vel per muros eiectorum incertus eſt inquit nume-
rus, quia innumerabilis. Siquidem iuxta eundem Ioſephum in paſchate quod præceſsit concluſionem ci-
uitatis per Titum inuenti ſunt in ciuitate vicies centena milia in ſuper & 70. milia hominum, hoc eſt
2070000. Qui mundi & purificati facerent phaſe ſuum. Numeratæ enim ſunt hoſtiæ immolatæ, & inuen-
tæ ſunt numero. 250500. Et quia non licebat epulari ſigillatim illo die: iungebant inuicem contubernia,
& in vnoquoꝗ erant decem homines. Omnes hi vel fame vel gladio perierunt, vel venundati ſunt, quia
non cognouerunt, &c. Adde illud ex Ioſepho, ꝙ in die natalitio Veſpaſiani: quod Titus filius eius cele-
brem inſtituit, occidit ex captiuis Iudæis duo milia, & multos alios abiecit beſtijs dilaniandos, quoſdam
autem recludi iuſsit in amphitheatro, vt ipſi ab inuicem trucidarentur. Adde & illud, ꝙ multorum iu-
Idem. dæorum diſrumpebantur viſcera a Romanis vt inde epiſcarentur aureos numos quos malo ſuo vora-
uerant, quorum numerus fuit vna nocte ad duo milia, quia non cognouerunt tempus viſitationis ſuæ. Sa-
bellicus. Taberlanus Turcorum princeps cum vnum aliquem locum oppugnare adortus eſſet: primo die
Sabellicus candido vtebatur tabernaculo, ſequenti rubro, nouiſsime nigro. Candor pacem arguebat, rubens color
cædem omnium puberum, niger vrbis & omnium excidium. Rogatus aliquando a Genuenſi quodam
qui longiuſcula conſuetudine fuerat in eius familiaritatem propemodum receptus, cur in ſupplices nihil
mitior eſſet (conſtat enim ſummiſſum ab eo aliquando equitatum in puerorum frequens puellarumque
agmen, quod in candida veſte oleæꝗ ramos pretendens, patriæ excidium de precaturum produxerat illi
obedientia: crudeliterꝗ eius iuſſu cōculcatum fœdeꝗ obtritum) turbato truciꝗ oculorum aſpectu, quid
tu ne inquit, putas me hominem eſſe, & non Dei iram potius orbiſꝗ vaſtitatem! Ita dicendum eſt de Ve-
ſpaſiano & Tito filio eius, qui non homines erant: ſed ira Dei potius ad prouinciæ Iudeæ vaſtitatem,
quia non cognouerunt, &c. Si inquit cognouiſſes & tu. iuxta Theophyl. hic eſt ſenſus. Si cognouiſſes &
Theophy. tu, quę nunc tibi conferunt, ac pacem & quietem afferunt, nempe fidem erga me, & ceſſationem aperſe-
quendo me. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, ꝙ propter me quem tu reprobas innumera mala
te apprehendent poſt annos. 35. patierisꝗ hæc atꝗ alia, eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuæ,
hoc eſt mei aduentus quādo veni vt inuiſerem te, vt & ſaluarem. Oportebat igitur te, quę ad pacem tu-
vt in me credes: & habuiſſes vtiꝗ pacem a Romanis. Si enim omnes credidiſſent, nullus eſſet cap-
Hieronymus ita. Si ſcires etiam tu, quę ad pacem ſunt tibi. Hic eſt dies tuus, quo te inuiſit rex pacificus
Hierony. pauper & iuſtus & ſeruator. Quod ſi intelligeres quantum boni tibi offeratur, ſaltem tu curares quæ ad
pacem tuam pertinent, hoc eſt crederes & obedires euangelio. Hanc autem pacem tibi oblatam quia
es amplexa, venient inimici, & circundabunt te. Veniet igitur alter dies Romanorum & vltionis di-
næ, quem ignoras: in quo circundabunt te inimici tui, & ſolo æquabunt ciuitatem tuam. Nunc autem
tuum agnoſcis, vt boni conſulas, & tua cures, & pacem amplectaris, nec illum non tuum propicia
præſenti fœlicitate, imo cæca inuidia væſana & amenti. Illudꝗ obſeruandum, ꝙ dominus miſericordia
tactus: illachrymauit quidem, ſed verbis abruptis, veluti præ amaritudine cordis ſingultiens: ideoꝗ ver-
ba eius alijs ſic, alijs aliter viſum eſt interpretari, Nam dicens, ſi cognouiſſes & tu, illaturus erat, ſicut ego
Ioan. 8. agnoui hunc diem pacis tuæ, (quem Abraam alonge videns, exultauit & gauiſus eſt) boni conſuleres, &
appreben-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

mundo. Et obſerua ſcientiam futurorum in Chriſto domino, ꝙ paſſurus poſt dies tres vel quatuor, ſciat
euangelium ſuum toto orbe prædicandum. In memoriam eius, pro memoria Græce eſt: Mnemoſynon
quod non ſimpliciter ſonat memoriam, ſed pignus aliquod aut monumentum quod amicus apud amicũ
reliquit, quo illum ſui commone faciat. Vnde verti poterat, in monumentum ſui. Erit igitur mulier hæc 2.Cor.2.
Chriſti bonus odor in omni loco multis ad vitam, licet de præſenti odor mortis fuerit Iudæ, quia & lux
cum illuminat ſanos, & ægrotos obcæcat, non deſinit eſſe lux. Dicuntur autem & ſues odore præfocari,
ſicut & vulpes fumo. In toto inquit mundo ſpargetur odor vnguenti huius. At qui quot reges multa ma
gnaꝙ in multos contulerunt beneficia, bella cum laude geſſerunt, trophæa ſtatuerunt, ciuitates condide-
runt & euerterunt & tamen perijt memoria eorum cum ſonitu. Idem dicere licet de multis fœminis fama
ſuper æthera notis. Hæc autem abiecta mulier quæ tantum effudit vnguentum, toto terrarum orbe ce- Pſal.9.
A lebratur, & fama facti huius vires acquirit eundo: cum cætera per tempus obſoleſcant, idꝙ cum factum
ipſum non ſit inſigne: nec perſona celebris, neꝙ multi teſtes adeſſent, neꝙ locus nobilis: idꝙ noctu. Ad-
de illud, ꝙ cum multa in euangelijs contenta a multis ignorentur: effuſio vnguenti huius nares omnium
credentium impleuit, quia id futurum prædixit dominus Ieſus.

Caput.xiij. Audiens populus ꝙ dominus appropinquaret ciuitati, acceperunt
ramos palmarum & proceſſerunt obuiam ei. Mittit dominus duos ex ſuis qui
adducant pullum & aſinam, exponitur prophetia Zachariæ.

COgnouit ergo turba multa ex Iudæis, ꝙ illic eſſet, & venerunt nõ
propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit
B a mortuis. Dicit hoc loco Faber, ꝙ cœna facta Chriſto de qua præloquuti ſu- Faber.
mus, non eſt facta ante ſex dies paſchæ, ſed feria tertia poſt dominicam in ramis
vel feria quarta. Certum eſt tamen ꝙ ante ſex dies venit dominus Bethaniam.
Quod autem dicit Ioannes, in craſtinum autem non reſpicit tempus cœnæ, ſed
quod prius dixerat, ante ſex dies paſchæ, & reddit ad narrandum ad quid dixerat
eum veniſſe ante ſex dies. Nam ſi ſabbatum erat quando venit Bethaniam: Quo- Exod.16.
modo ei inſtruerent cœnam, quando nec ignem accendere licebat? Hæc ille. Pote-
rat obijci tanto viro: ſi ſabbatum erat, quomodo iter fecit dominus Ieſus vno die ſabbati ab Hiericho
in Bethaniam? Sunt enim plusq̃.12. miliaria. Sed de hoc alij viderint. Sed ad rem. Habemus illud vel ma-
xima inſitum a natura, ꝙ curioſi ſumus plusꝙ̃ ſatis ſit & auidi noſcendi abdita, etiam ea quæ pater po- Actu.1.
C ſuit in ſua poteſtate, ſicut dictum eſt Euæ omnium parenti, ſcietis bonum, ſcietis & malum. Et reuera ſi no-
ſtra referret ſcire malum, plaſtes omnium nunquam id inuideret homini. Et de Athenienſibus ſcriptum eſt Gene.3.
Actu.17. Ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere aut audire aliquid nouum. Quid igitur nobis cum ſcien-
tia mali, qui ad hoc conditi ſumus, vt ſummum & neceſſarium bonum intelligeremus? Erit tempus cum
ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, quibus aures pruriunt, ad fabulas autem plusꝙ̃ Midæ erunt. Hæc 2.Tim.4.
præloquuti ſumus, propter id quod dicitur in textu, multos ex Hieroſolymitis aduentaſſe Bethaniam,
non tantum inquit fama Chriſti pellectos, ꝙ̃ vt viderent Lazarum, qui ob nobilitatem ac diuitias multis
notus, & ob recentis miraculi famam multo pluribus erat in deſiderio. Forte expectabant ſe audituros ex
ore eius multa tum noua & curioſa, tum & incerta. Sed habetis inquit Moſen & Prophetas: ipſos audi-
te, nam mihi non licet loqui, ſiquid audiui, licet id non fiat ſine corpore. Cogitauerunt autem ebu-
leuſanto, conſiliati ſunt principes ſacerdotum vt & Lazarum interficerent, quia mul-
D ti propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum. O cæca impietas & amentiæ
plena, quaſi dominus excitare potuerit mortuum, & non poſsit occiſum etiam ſepties, niſi forte facturi e-
rant de Lazaro, quod ſenatores feciſſe leguntur de Romulo. Sed audi Moſen inuehentem in principes ſa-
cerdotum. Percutiat te dominus amentia & cæcitate ac furore mentis, ſicut palpare ſolet cæcus in tene- Romulus.
bris. Ita enim animos ſacerdotum excæcauerat liuor & deſtinatum odium in dominũ Chriſtum, vt tam Deut.28.
non ſatis eſſet furori ſuo, dominum e medio ſuſferre, niſi & per amentiam mentis conſiliarentur de La- Pſal.20.
zaro interimendo. Nunquid vincere poterant Dei bonitatem malicia ſua: vt potentiores illi eſſent ad oc-
cidendum, ꝙ̃ dominus ad excitandum? Sed palpabant ſicut cæci, idꝙ in tenebris væſaniæ. Multa huiuſ-
modi conſilia cogitauerunt iſti boni, quorum nullum ſtatuerunt. O cimerias tenebras. Forſan Lazarum
conueniebant boni iſti, vt de ſeculo rogarent futuro, ſic de veritate doctrinæ Chriſti certiores fierent. Tu
E autem require ab iſtis inſanis, quo dicto factove læſerat eos Lazarus vir integer vitæ, ſcelerisꝙ purus, vt
de morte eius decernerent. Hoc eſt quærere cauſam eius, cuius nulla cauſa eſt, ſed ſic volunt, ſic iubent. Vi-
debant cæci iſti multos ire poſt Ieſum (ad hoc ipſum toti erant oculati, cæci alias & bis cæci) attractos tã-
to miraculo, & occurrendum cenſuerunt tanto malo hac via, ſi Lazarum e medio tollant, vt non vere
crederetur excitatus, ſi breui ſepulchro rurſus includeretur. Hæc ſunt conſilia & ſenatus conſulta tantorum
ſacerdotum, cæcorum ducum. Matth.15. In craſtinum autem turba multa quæ conuenerat ad diẽ
feſtum, cum audiſſent ꝙ Ieſus veniſſet Hieroſolymã, acceperunt ramos palmarũ, &
proceſſerũt obuiã ei. Hoc iuxta Ioannẽ, ca.12. Matthæus, ca.21. Marcus ca.11. Lucas ca.19. Et factũ
eſt cum appropinquaret Ieſus ad Bethphage & Bethaniam ad montem qui vocatur
oliueti vel oliuarum, miſit duos diſcipulos, dicens illis. Ite in caſtellum quod contra
vos eſt, & ſtatim inuenietis, Matthæus. aſinam alligatam & pullum cum ea. Marcus.

QQ ij Et ſta-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Et ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc ho-
minũ ſedit, Lucas, in quod introeuntes, inuenietis pullũ aſinæ alligatũ: cui nemo vnq;
Abulenſ. hominum ſedit. Matthæus, ſoluite & adducite mihi, Marcus & Lucas, ſoluite illum & ad-
ducite. Primo ſciendum iuxta Abulenſem ꝙ Bethphage & Bethania idem eſt locus. Dicit autem &
illud, ꝙ Bethphage non erat vicus ſacerdotum ad habitandum, tum quia paruus, tum quia ſacerdotes in
quatuor & viginti hebdomadibus vna tantum altario præſto erant. 1. Parali. cap. 24. & expleto mini-
ſterio, reuertebantur in ciuitates ſuas. Poteſt dici ꝙ parabantur ibi hoſtiæ & libamenta & quædam alia
ſacerdotale officium concernentia. Mons oliuarum bis mille paſſus abeſt ab Hieruſalem, id eſt ſabbati
Faber. iter. Nicolaus dicit mille paſſus. Alius doctor dicit, ꝙ Bethphage eſt in crepidine montis, Bethania autẽ
in latere eiuſdem montis oliuarum, quæ poſitio pugnat ex Diametro cum ea quæ eſt Abulenſis. Faber
certe, quaſi diſtincta loca ponit Bethphage & Bethanian. Quodq; dicit, ite in caſtellum, inquit Faber:
caſtellum hoc non erat Hieruſalem, ſed Bethania vel quiuis alius ex ea parte ſitus pagus vel come iuxta
Græcum (come autem villa, vicus pagus ve eſt) quia Bethphage & Bethania ex ea ſunt parte montis,
Abulenſ. ex qua Hieruſalem nullo modo conſpici poteſt. Hæc ille, & infert. Adde ꝙ Hieruſalem nullibi vocatur
come, ſed polis, id eſt ciuitas. Abulenſis ita dicit. Intelligendum ꝙ ex ea parte qua Chriſtus properabat in
Hieruſalem, ars tantum videri poterat, Sion videlicet, ideo a parte totum nominat, dicens: ite in caſtellũ.
Pſal. 86. Græce, porenthete is ten comen: Come autem vt diximus vicum ſonat, pagum vel villam, quod certe
nullo modo congruit ciuitati illi famoſæ, de qua glorioſa dicta ſunt, licet per id temporis vix vmbram re-
tineret antiquæ gloriæ & maieſtatis. Idcirco non polis vocatur, ſed come, id eſt pagus vel caſtellum. Mi-
hi veroſimile eſt, aſinam & pullum non fuiſſe repertos in ciuitate Hieruſalem, ſed ſicut dicit Faber, licet
communis opinio aliter ſentiat. Nam & eſt quidam doctor, qui vocem Græcam, come, nunc oppidulum
Philip. 2. nunc vicum exponit. Sequatur quiſq; quod maluerit, veritati tamen cedendum eſt. Sed ad rem. Videtur
mihi præſenti myſterio ſumme congruere quod Paulus dicit: ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui
cum in forma Dei eſſet, id eſt dominus eſſet, ſemetipſum hodie exinaniuit, formam ſerui accipiens. Et quo
modo inquies: formam hodie ſerui accepit, quando vno ore, clamore conſono cantatum eſt in laudem
eius ab omni ſexu pariter & ætate: benedictus qui venit in nomine domini, Oſanna o rex Iſrael? Cui
mortalium principum datum eſt hoc honoris, vt ſalutem ab eo de cælo flagitarent? Nam exceptum coro-
Iudith. 3. nis & lampadibus Holophernem, Tympanis & tibijs, & puellis ducentibus choros legimus, vt pacificus
veniret ad illos, & ſeruitio illorum vteretur vt libitum eſſet. Nec tamen per hoc ferocitatem animi eius
mitigare potuerunt, quin ciuitates eorum euerteret: Tyrannus enim erat. Sed Paulus vere dixit, ſemet-
ipſum exinaniuit. Nam vt de cæteris interim taceam: nonne ſeruorum eſt, aſinam conſcendere, alieni iu-
ris, & inſtratum miſere, pullo aſinæ comitte, an potius aſina comitante pullum. Si igitur hanc nouam
Pompam conferas cum triumphis Cæſaris, Pompeij. P. Emilij. S. Aphricani, Luculli, Marij, & Syllæ,
præcedit hæc & ſuperat plusq; bis dia paſſon. Ibi enim lamentabantur victi hic exultant victores etiam
Figura. ante pugnam, ramos palmarum ferentes, victoriæ inſigne. Cæterum ſi hanc conferas cum illa in qua vi-
ſus eſt ab Eſaia cap. 6. Sedens ſuper ſolium excelſum, plenam terram a maieſtate eius: & Seraphim ſtan-
Apoc. 4. tes, volantes, clamantes: Sanctus ſanctus ſanctus, & velantes faciem & pedes, & ſeniores. 24. præciden-
tes ante thronum eius, & coronas ſubijcientes pedibus eius, Milia milium miniſtrantes, & decies centena
Ezech. 1. milia aſsiſtentes (Dani. 7.) & alas ſuas ſubmittentes, & ſilentio demonſtrantes potentiam eius, qui ver-
bo ſuo omnia creauit, & creata conſeruat, videbis ꝙ vere dixit Paulus, ſemetipſum exinaniuit, forma
2. Reg. 6. ſerui aſſumpta. Vnde Dauid arcam Dei introducturus in domum ſuam, congregauit. 30. milia electorum
Figura. virorum, & plauſtro impoſitam deducebant cum omni iubilatione. Dauid autem (quod omnem fidem
excedit) accinctus Ephod lineo, ſaltabat totis viribus ante dominum. Et poſt modum cum irrideretur ab
Pſal. 44. vxore dicente, ꝙ glorioſus fuit hodie rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, quaſi nu-
detur vnus de ſcurris, ille præuidens in ſpiritu myſteriũ præſentis diei, in quo ſpecioſus forma præ filijs ho-
minum, ſerui aſſumpta forma, ſuper aſinam & pullum quaſi ſuper plauſtrum, regiam ſuam ingreſſurus erat
Ludam inquit & vilior fiam: Eroq; humilis in oculis meis: Quandoquidem verus rex Iſrael murato ha-
5. Reg. vlt. bitu hodie ingreditur locum certaminis. Quẽ enim aliquoties viſus eſt ſubducere ſe a periculo, non erat
Actu. 21. formidinis & in conſtantiæ, ſed quia omnia tempus habent. Eccle. 3. Nam & Paulus qui aliquando fu-
git. Actu. 9. In conſequentibus dixit: Ego non ſolum alligari in Hieruſalem, ſed & mori paratus ſum. Pa-
Gene. 22. ratus igitur erat Agnus Dei mori, qui ad hoc: ligna ſuper ſe tulit. Paratus & pater immolare vni-
cum ſuum, qui ignem portabat & gladium, ſed expectabat diem tertiũ. In quo montem vidit, ſed procul
igitur montem coagulatum dominus de prope videns, non ſolum non ſubter fugit, quin imo ita ſe
gerit, vt nouitate Pompæ totius pene vrbis animos in ſe accenderet. Vnde dicit: Et factum eſt dum ap-
propinquaret &c. Quod dicit Matthæus, appropinquaret Bethphage, id eſt Bethaniæ: hoc dicit Ioannes
ante ſex dies paſchæ venit Ieſus Bethaniam. Sed Matthæus Marcus & Lucas proſequuntur iter
Chriſti ab Hiericho in Hieruſalem, prætermiſſo eo ꝙ Ioannes refert de cœna facta Bethaniæ. Sed in
ea eſt poſitio Stapulenſis, quod cœna inſtructa fuerit Chriſto feria tertia vel quarta poſt diem palma-
rum: Matthæus nihil prætermiſit, ſed nos communem opinionem ſequuti ſumus. Remanet verus ſcru-
pulus. Si Chriſtus erat Bethaniæ vel Bethphage, (quod idem eſt) quando miſit duos ex diſcipulis pro
aſina & pullo, quo eos miſerit non video, ſi in ciuitatem Hieruſalem non miſit, iuxta Fabrum. Iam dictũ
eſt quod in caſtellum aliquod: oppidulum villam vel pagum, quod erat inter Bethphage & Hieruſalem.
Igitur cum appropinquaret Hieroſolymam; iam vrbi vicinus, nouam adoritur aduentus ſui inſtructa
Pompam

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

gloria.1.Tim.1.Rogant igitur ciues terrenæ ciuitatis:quis ſit hic hominum deorum v[illegible] cui tanquam Deo
acclamatur,Oſianna in excelſis.Quis eſt inquiunt iſte rex gloriæ? Nemo quidem nouit filium niſi pater, Matth. 11.
tamen pater poteſt reuelare hoc myſterium cui voluerit,ſicut illud reuelauit Petro.Matth.16.Et filius idē
ſeipſum reuelauit vni Samaritanæ,& alteri cæco nato, Ioan.4.&.9.cap. Turba autem quæ hanc reue-
lationem non acceperat,nihil in Chriſto ſupra hominem ſuſpirans : hic eſt inquiunt Ieſus propheta . Nec
tamen dixerūt ſimpliciter propheta,ſed cum articuli teſtimonio,hic eſt ille propheta de quo Deut. ca.18.
Hoc igitur quaſi præclaro elogio vt regem acclamarent, opem eius in excelſis implorarent,prophetā inſi-
gnem vocarent, viſi ſunt dominum Chriſtum abundantius honoraſſe , cum reuera omnia hæc longe ab
eſſent ab eius celſitudine,qui cælum terramq; regit per ſecula,cuius numē & æternum complectitur om-
nia gyro: cuius imperium ſine fine manet,terrarum cæliq; ſator, qui nutu ſuo totum treme facit olimpū,
A qui tribus digitis terram appendit.Eſai.40.Hac igitur ſolenni Pompa cui fortaſſe intererat (quod opinā-
do dicimus)mater eius immaculata:ingreſſus eſt dominus regiam ſuam, pro cuius foribus iuxta viſionem
Ezech.cap.8.Idolum Zeli aliquando ſteterat.Et inuenit locum illum de quo Iacob, o q̄ terribilis eſt lo-
cus iſte.Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cæli,factum ſpeluncam latronum, locum nundinarū: Gene. 28.
Sacerdotes autem officium nūmulariorum q̄ ſtudioſiſsime exequentes:qui ſi id non factitabant, permit-
tebant fieri in templo,quorum intererat hæc longius arcere,altaria immenſas trapezitarum verſas, & ca-
thedras doctrinæ in cathedras peſtilentiæ?Cuius peſtilentiæ?Omnium peſtium radicem Paulus auaritiā
dicit.Quomodo autem intelligatur,ingreſſum fuiſſe dominum in templum:Expoſitum eſt Ioan.2. Late. 1.Tim.6.
Ingreſſus igitur dominus vnum ex de ambulatoris.Ejiciebat latrones illos, qui lucra de religione ſectabā
tur,malum malum,ſed non infrequens. Et obſerua inquit Hieronymus: propter auaritiam ſacerdotum, Hierony.
altaria Dei(vt prædicitur)nummulariorum menſas appellari.Qui autem ſedent & vendunt columbas,
aliquando cadent retro cum Heli ſacerdote,& ſi cælum videantur tenere cū Simone Mago. Reuera au- 1.Reg.4.
B tem iuxta Origenē ſupra menſuram dignitatis Chriſti erat, iuxta quod videbatur filius eſſe vnius Fabri, Origenes.
vt tanta fiducia vteretur & poteſtate:ejciens nundinam de templo,qua nec princeps alicuius gentis vtēs
facile poterat explicare quod fecit Ieſus. Sed confirmauit autoritatem ſuam ſubſequentibus ſignis , ſicut
dicetur.Eadem enim poteſtate qua cohortem ad terram deiecit,quæ venerat vt eum comprehenderet,& Ioan. 18.
hos ementes & nundinantes templo pepulit. Timebant enim ne ſi moram necterent , ſi fugam non ma-
turarent,acrius eorum vlciſceretur ſicut fecit.Ioan.2.tanta eſt conſcientiæ cauterizatæ in cōſtantia,quia Prouer. 28
vere dictū eſt,fugit impius,nemine perſequēte,quanto magis eo cædente, qui dæmones fugarat e corpo-
ribus.Euertit igitur dominus cathedras negotiatorum,qui aſsiduitate rapiendi per fas & nefas,de pudere
didicerant,ea facientes in domo Dei,quæ in ſuis facere non ſuſtinerent.Veriſsimile eſt autem inquit Abu Abulenſ.
lenſ.Chriſtum flagellis vſum fuiſſe etiam hac vice:quia ſemel increpiti: non ſe correxerant, & domū Dei
C quam prius fecerant emporium,nunc (quod iniquius eſt) antrum fecerant Cyclopum vel cacorum. Ne-
mo autem inquit Origenes:Flagella Dei peruitetm putet. Ecce Pharao duriſsimus, tamen profecit ver- Exo. 5.
beratus. Qui enim prius dicebat; Neſcio dominum & Iſrael non dimittam, poſtq̄ vim verberum ſenſit, Origenes.
dixit,orate pro me ad dominum. Exod.8. Eſt igitur profectus in pœnis,hoc ipſum agnoſcere,ꝙ merueris
pœnam,dicens:Nos quidem iuſte,nam digna factis recipimus. Lucæ.23.Itaq; flagellatus, non ſolum di- Exo.12.
mittit populum Dei,quin imo & perurget,vt proficiſcatur. Tu autem memento ꝙ meliora ſunt vulnera Deut. 32.
diligentis,q̄ fraudulenta oſcula odientis. Prouerb.27.Flagellat enim deus & occidit vt corrigat & viui-
ficet:blanditur ſatana,qui noſtris fauet erratibus,ſicut ſcriptum eſt: Triſtem puellam deliniuit blanditijs. Gene.34.
Et non ſinebat inquit vt quis,&c.Clementiæ opus plenum:pecuniæ nō pepercit: cathedras euertit, va-
ſa transferri prohibuit,aperſonis interim abſtinuit.Væ autē homini illi cui dicitur:in hoc poſui te,vt in te
oſtendam potentiam meam.Rom.9.Exod.9. Voluntatis meæ non eſt impij mors(abſit)dicit dominus,ta
D men ex quo ſepties aut decies flagellatus(ſed lapidem verberabat dominus) fruſtra luſi operam,quia di-
ſciplinam non ſuſcepiſti(Hiere.2.)licet peccatum tuum ſit malum: illud tamen bonum,me ordināte inde
conſequetur,vt fortitudo mea laudetur quę punit tales peſtes ꝙ autem voluntatis Dei non ſit mors im-
pij,patet in Cain,de quo dicitur,ſeptuplum punietur.Vide Num.16.ibi. Tolle thuribulū,& hauſto igne. Geneſ.9.
Seuiēte enim in populum, nihil tale ſuſpicante Moſe, reuelauit dn̄s id ipſum ſeruo ſuo, quoniā volebat
occurri irę ſuę thure & igne,id ꝑ a ſacerdote Aarō.Vnde illud Hierony.13.date dn̄o deo veſtro gloriā, an- Aia Dei.
teq; cōtenebreſcat,ꝙ ſi hoc nō audieritis,in abſcōdito plorabit aīa mea a facie ſupbię.Hierony.Aia igit̄ Hierony.
Dei cōpatitur peccātibus,in abſcondito,q̄uis in publico eos afflictioni tradere videatur.Sed ita pius eſt,
vt non deſinat eſſe iuſtus. Nolite inquit confidere in verbis mendatij, dicentes tertio, templum domini, Hierony.
&c.Hieronymus.Ex pręteritis docet pręſentia, & dicentibus templum domini.3.& præcioſę domus ful-
E gore gaudentibus ſilo vbi primum fuit tabernaculum domini recordatur hiſtorię. 1.Reg.4. vt quomodo
ille locus in ruinas cineresq; collapſus eſt,ita & templu[illegible] corruat: Cum ſimilium habitatio ſit peccatorū.
Dicebant autem ter , templum domini : quia ter in anno aſcendebant in templum pro ſuis expiandis oc-
cultis,& cum ad templum properarent : ſpeluncam ingrediebantur latronum. Templum de quo dictum
eſt,ponam tabernaculum meū in medio veſtrum,in quo maxima familiaritas oſtenditur.Quandocunq;
enim volebāt aliqd ſciſcitari adeo,ingreſſo Moſe vel pōtifice ſanctū ſanctorū,pręſto aderat angelus,ad
quęſita reſponſurus.Sicut autem dicit Plutarch Calamitatis & miſerię hāc eſſe cauſam ſępe perſpicimus, Plutarch9.
vbi mortalium animos ad omnem irę impetum mobiles ac procliues proſperitas reddit,a quibus nihil ſo-
let niſi quod blandum ſit ęquis auribus audiri. Mordet e contra aduerſum omne : tam & ſi ratione illud
bonaq; mente dicitur, Sic enim plane comparatum eſt, vt cum praui hominis erratum reprehenditur vel
calami-

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

calamitoſi, miſeria illi potius videatur exprobrari ꝙ culpa. Quo fit, vt ei liberius patefacta veritas, non
tam mouendi, ꝙ obijciendæ in fœlicitatis cauſa explicata putetur. Vt enim mel naturâ ſuaue quidem,
vlceribus tamen ſalubriter admotum: acerbos dolores concitat, ita & infœlicem aduerſi ſermones vel ſi
ſalutares ſint, mordent tamen, niſi prudenter admodum & aliqua cum miſericordia proferantur, miſcendo
Taurus. vinum oleo & econuerſo. Lucæ. 10. Inceſſebat quempiam Taurus philoſophus ſeuera obiurgatione ado-
leſcentem, quaſi diſciplinas philoſophiæ transgreſſum. At ille non ibat inficias feciſſe ſed id ſolitum eſſe
fieri defendebat, turpitudinemq; delicti exemplorum vſu & conſuetudinis venia deprecabatur. Atq; ibi
Taurus. Ipſo iſto defenſionis genere iritatior, homo inquit ſtulte & nihil ſi te a malis exemplis autorita-
tes & rationes philoſophiæ non abducunt: ne illius quidem Demoſthenis veſtri ſententia tibi in mentem
venit! Ne dicas, ſic eſſe factum ſæpe numero, ſed hoc fieri ſic decere. Non enim ſiquid aliquando contra le-
ges actum iam eſt, tuq; id ſequutus es, propterea iure queas euadere, quin imo eo magis idcirco inte de- F
beat ſtatui. Vt enim ſi prius in aliquem foret animaduerſum, tu minime hæc ſcriberes, ita ſi ipſe in præſen-
tia punieris, nequaꝗ deinceps alius ſcribet. A. Gellius. lib. 10. cap. 19. Et enim iuxta Hieronymũ, peccan-
Hierony. tium multitudo non parit errori patrocinium. Sequitur. Et docebat eos dicens. Nonne ſcriptũ
Esai. 56. eſt, domus mea domus orationis vocabitur cunctis Gentibus? Vos autem feciſtis
illam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi, in templo, & ſana-
uit eos. Tanquam princeps igitur nundinatores templo expulit, tanquam propheta docebat eos dicens,
ſcriptum eſt, domus mea, &c. Tanꝗ deus Dei filius cæcos & claudos ſanitate donauit. Hunc textum ita
ponit Hieremias cap. 7. Veniſtis & ſtetiſtis coram me in domo hac in qua inuocatum eſt nomen meum,
& dixiſtis. Liberati ſumus eo ꝙ fecerimus abominationes iſtas, furando, occidendo, adulterando, iuran-
do mendaciter, & eundo poſt deos alienos, quos ignoratis. Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt
domus iſta in qua inuocatum eſt nomen meum? Id ſi ita eſt, tolerabilius fiet latrina populi, ꝙ ſub præ- G
textu religionis furari in ea, occidere & adulterare. Proh ſuperi. Hæc eſt domus de qua dicitur, ſint oculi
tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die, vt exaudias orationem clamantium ad te? Vide fuſius. 3. Reg.
cap. 8. Hoc eſt templum quod etiam iure multorum Gentium ea libertate donatur vt quicunq; ad eum
confugerit quod eſt Hieroſolymis & in omnibus finibus eius, obnoxius regi Demetrio, in omni negocio
4. Reg. 10. dimittatur? 1. Mach. 10. Hoc eſt templum cuius theſauros ſublegare volens Heliodorus, ad mortem vſq;
cæſus eſt? 2. Macha. 3. Mitius autem actum eſt cum his qui domum Dei ſpeluncam fecerant Cyclopum,
cum culpa non impar eſſet. Hoc eſt templum: cuius viſitator & habitator eſt qui habitat æternitatem &
lucem in acceſsibilem? 1. Tim. 6. Feciſtis inquit domum meam ſpeluncam latronum, vt intelligas non v-
num Iudam mercatorem vel vnum Simonem vel vnum Giezi deliteſcere in templo Dei, ſed multos, de
4. Reg. 5. quibus vide Dani. cap. 14. Itaq; videntes principes ſacerdotum mirabilia quæ fecit, &
pueros clamantes in templo: & dicentes filio Dauid, Oſianna, indignati ſunt, & di- H
xerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis, vtiq;. Nunꝗ legiſtis, ex ore
infantium deus & lactentium perfeciſti laudem? De diſcipulis domini dixerant ſupra Pha-
riſæi iuxta Lucam. Magiſter increpa diſcipulos tuos, & audierunt, ſi hi tacuerint, clamabunt ſaxa. Et nũc
rurſus ſacerdotum primores qui imitari debuerunt ſimplicitatem puerorum, homines effœminati, nihil re
audentes contra Chriſtum (nec mi quidem) qui pecunias eorum communes fecerat pueris & vulgo, cum
iam alias ſtatuerint de morte eius, ad verba conuertuntur indignabundi, quaſi Chriſtus dominus Fabri
filius ea ſuſtineret audire, quæ ſoli deo viderentur congruere. Mirabile eſt enim quomodo de effuſo ære,
non ei negocium laceſſunt. Hieronymus. Multi arbitrantur maximum eſſe ſignorum, ꝙ Lazarus excita-
Hierony- tur a domino, ꝙ cæcus ex vtero lumen accepit, Ioan. 9. ꝙ tranſfiguratus in monte, gloriam oſtenderit in
Ioan. 11. qua venturus eſt. Matth. 17. Mihi hoc videtur mirabilius eſſe, ꝙ vnus homo & illo tempore contempti-
bilis, & in tantum vilis, vt poſtea crucifigeretur, Scribis & Phariſæis contra ſe ſæuientibus, & videntibus I
ſua lucra deſtrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam ejicere multitudinem, menſasq; ſubuertere &
cathedras confringere, & alia facere quæ vnus non feciſſet exercitus, anima eorum interim in occulto plo
rante. Igneum enim quiddam atq; ſidereum radiabat ex oculis ſuis: eratq; facies eius cornuta precatori-
Prouerb. bus (Exo. 34.) & diuinitatis maieſtas lucebat in facie. Cumq; manum non audeant injicere ſacerdotes,
tamen teſtimonium populi calumniantur atq; puerorum Oſianna clamantium. Audis inquiunt quid iſti
dicunt? Quid ni audiat, qui iubet eos, hanc eandem canere cantionem. Audio inquit. Vos autem cum ex-
tenderetis manus veſtras inter orandum, imitantes Moſen (Exod. 17. Hilam inclamabitis: Ego enim non
audiam. Eſai. 1. Nunꝗ inquit legiſtis illud. Pſal. 8. Ex ore infantium, &c. Non dixit, bene faciunt pueri
teſtimonium perhibentes mihi, nec rurſus, errant, pueri ſunt, parcite ætati, ſed profert teſtimoniũ de pſal-
mo, vt tacente domino, ſcriptura puerorum verba confirmet. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti K
laudem, hoc eſt perfectam & excellentem reddidiſti, acſi eſſet perfecta a viris perfectis & doctiſsimis &
qualem impendunt deo aſtra matutina. Iob. 38. Ipſe igitur dominus Ieſus perfecit laudem ſuam ex ore in-
Lucæ. 21. fantium, quia non illi loquebantur, ſed ſpiritus ſanctus implebat organa ſua. Vos igitur quoniam ſapien-
tes eſtis, quorum eſt mutare conſilium in melius, ſerte pueros non culpetis: quia etiam ſi velint, tacere
non poſſunt, & ſi hi tacuerint: clamabunt ſcopuli torrentum, qui inclinati ſunt, Num. 21. Et erat coti-
Lucæ. 19. die docens in templo. Iuxta quod ſcriptum eſt, in domo patris mei oportet me eſſe. Principes au
1. Reg. 20. tem ſacerdotum & ſcribæ & principes plebis quærebant illum perdere. Dicentes cum
Saule rege. Quandiu Dauid vixerit ſuper terram, non ſtabilietur ſacerdotium noſtrum. Et non inue-
niebant quid facerent ei. Hoc eſt, non deerat voluntas & cupido nocendi, & perdendi radicem eius
in terra

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

de terra viuentium ( Hiere.11. ) ſed concluſerat deus rictus leonum iſtorum , & molas confregerat in ore
ipſorum. Pſal.57. Non deerat appetitus in leonibus comminuendi ſancti viri corpus, vt famē ſuam exa- Dani.13.
meram vtcunque lenirent ( Leones enim ſeptem erant quibus cotidie dabantur duo corpora & duæ
oues , quid ergo vnus homo inter tot feras? ) Sed tamen concluſit deus ora eorum , & ſedebat propheta
die ſeptima inter leones quietus & pacificus, ac ſi eſſet inter oues . Ita dominus Ieſus erat cotidie docens
in templo inter principes ſacerdotum & principes populi , & docens populum, non tenebatur, quia po-
ſuerat dominus circulos in naribus eorum. Eſai.37. Omnis enim populus ſuſpenſus erat, au- Lucæ.19.
diens illum. Hieronymus. Semper turba mobilis eſt , nec in propoſita voluntate perſiſtens , atque in Hierony.
morem fluctuum atque ventorum huc illucq; trahitur . Quem enim nunc ſuſpenſi audiunt , & prophe-
tam inſignem fatentur , & regem Iſrael inuocant , &c. Poſtea contra eum multis ac magnis vocibus
A (ſtentore vocaliores) clamitant, cruci, Crucifige eum. Nunc autem ſuſpenſi audiunt hominem videlicet Prouerb.
omnium horarum. Comes autem facundus pro vehiculo eſt in via, dicentibus duobus viris, vere arde-
bat, cor noſtrum, & ſuſpenſos aure ferebat per viam , dum loqueretur nobis de Ieſu Nazareno Ieſus flos Prouerb.
& virga de radice Ieſſe. Eſai.11. Loquebatur enim iuxta prophetam ad cor eorum. Eſai.cap.40. Verba
enim vitæ æternæ eructabat . Ioan. 6. Merito ergo ſuſpenſus erat populus audiens illum , quia & do-
ctores legis ſtupebant ſapientiam eius. Lucæ.2. Suſpenſus erat; hoc eſt inhiabat. Vnde illud poetæ. Pen-
detq; iterum narrantis ab ore.

B Caput. xvi. Gentiles quidam volebant Ieſum videre. Niſi granum fru-
menti mortuũ fuerit. Qui amat animam ſuam. Nunc iuditium eſt mundi,
nunc princeps mundi eijcietur foras. Si exaltatus fuero a terra. Nos audi-
uimus ex lege q; Chriſtus manet in æternum.

ERant autem Gentiles quidam, ellenos, id eſt Græci ex his qui a-
ſcenderant vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Phi-
lippum, qui erat a Bethſaida Galilææ, & rogabant eum dicentes.
Domine volumus Ieſum videre venit Philippus & dixit An-
dreæ. Andreas rurſus & Philippus dixerunt Ieſu. Ieſus autem Ioan.12.
reſpondit eis dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis.
Ergo non reges tantum iuſti & prophetæ tenebantur deſiderio videndi quod ocu- Lucæ.10.
C lus non vidit (1.Cor.2.) videndi lumen miſſum ad illuminationem Gentium, qui Lucæ.2.
Iudæi erant natione, ſed & ipſi Gentiles, qui de hoc penitus nihil audierant eodem Cant.2.
deſiderio tenebantur, adeo flos campi & lilium vallium quoquo verſus odorem fragrantiæ ſuæ diffun-
derat. Tanta inquam erat id temporis beneuolentia tantus populi fauor erga dominum Chriſtum, vt
Græci quoque qui religionis gratia venerant in Hieruſalem, vt illic ſoluerent domino vota ſua, videndi
Ieſu magno deſiderio tenerentur. De his igitur Gentilibus qui deſiderio tenentur videndi Ieſum, dicit A-
mos.cap.9. ſunt autem verba Dei. Nunquid non vt filij Aethiopum vos eſtis mihi filij Iſrael? Hierony. Hierony.
Qui creator ſum omnium: cunctas Gentes de eodem finxi luto, & æquali ſorte generaui. Deniq; Aethio
pes Paleſtinos Syros atq; Iudæos diſtantes locis atq; corporibus, mortalibus lege ſociaui, & pro arbitrio
meo ſeruos meos huc illucq; commuto, & in vniuerſas prouintias transfero. Ne erigamini in ſuperbiam,
D q; vos de Aegypto eduxerim, & quaſi peculiarem populum meum Pharaoni ſeruire nō paſſus ſum. Hoc
idem feci Paleſtinis, vt transferrē eos de cappadotia, & in Paleſtinę religionibus collocarem: Syros quoq;
id eſt Aran tranſtuli de Cyrene: Ex quo qui æquali conditione ſunt facti, & æquali iudicij mei ſententia
ferientur, & equaliter ad gratiam euangelij inuitandi ſunt. Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum magnum Mala.1.
eſt nomen meum in gentibus , de quarum numero ſunt Gentiles iſti vel ellenes, qui venerunt ab Orien- Matth.8.
te ad templum, quod figuram tenebat naſcentis eccleſiæ, vt recumberent in ſinu Abraæ Iſaac & Iacob, Gala.3.
id eſt in fide beatiſsimæ trinitatis, vt particeps fierent promiſsionis factæ Abraæ patri fidei noſtræ. Siqui- Hierony.
dem iuxta Hieronymum, in vocatione populi Iſrael , nunquam excluſa eſt turba Gentilium, ſed ſemper Exo.12.
eis per proſelytos ianua patuit ingrediendi , dicente domino : Siquis peregrinorum in veſtram voluerit
tranſire coloniam, & facere phaſe domi : circuncidatur prius omne maſculinum eius, & tunc rite celebra-
bit: Eritq; ſicut indigena terræ. Volebant igitur Gentes videre Ieſum, ſed obſtabat turba, quia ipſi ſta- Lucæ.19.
E tura puſilli erant. Refert Herodotus , q; Deioces rex creatus propter ſuam probitatem, eidem Mædi præ- Herodot.
ſtiterunt inter cætera ne cui poteſtas fieret regis adeundi, ſed ad omnia internuntijs vtendi . Nemini præ-
terea coram illo aut ridendi aut deſpuendi poteſtas id omnibus factus de forme eſſe. Hæc circa illum ideo
faciunt, ne eum cernentes æquales, & vna cum eo educati egregij viri atque præſtantes, indoleant, atque
inſidientur. Et num tale aliquid ſeruabatur cum volentibus alloqui vel videre dominum Ieſum , vt di-
cat Ioannes, Græcos conueniſſe Philippum, & hic rurſus conuenit Andream, & vterq; dominũ Chriſtũ,
vt ſui copiā faceret Gentibus? Nil tale ſuſpiceris. Nā & cum Samaritana ſatis longum conſeruit dialogũ, Ioan.4.
& pueris manus imponebat: Mar.10. Et ad nũtios Cēturionis ego inqt adero, & ſanabo ſeruũ. Matth.8.
Et decē leproſis, ite inquit ad ſacerdotes. Luc.17. Et cũ iuxta Lucā diceret dñs, tetigit me aliquis, reſpōdit
Petrus, turba cōfertiſsima te premit, & tu dicis, qs me tetigit? Deniq; læpſus ille qui occurrit dño deſcēdēti
RR de monte

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

de monte, num rogauit Philippum vel Andream, vt pro illo intercederent apud dominum Chriſtum? Ipſe acceſsit, & adorauit, & orauit, & impetrauit: & abſceſsit. Quid eſt ergo, volumus Ieſum videre? Quomodo non poterant, quod pueri illi qui clamabant Benedictus qui venit in nomine domini? Itaque cum audis, volumus Ieſum videre, intellige ꝙ volebant & videre & alloqui & cum illo conferre de multis, denique cum ipſo Andrea ſcire vbi habitabat. Ioan. 1. Hæc omnia igitur cum vellent, & obſtaret modeſtus pudor, quo minus ipſi eum adirent, cum alienæ eſſent religionis, conueniunt Philippum, cui ob patriæ viciniam (nam erat Philippus a Bethſaida Galilææ Gentium) erant forte noti. Quod autem Philippus rem communicat cum Andrea, ideo fecit, quia ꝙ primus omnium ad ſequellam Chriſti vocatus fuerat, maioris videbatur autoritatis eſſe apud dominum Chriſtum. Tu autem obſerua quomodo Gentes magno tenebantur deſiderio videndi dominum, quem Iudæi ad mortem vſq; perſequuti

August. ſunt. Reſpondit ergo Ieſus. Venit hora, &c. Venit hora, per quod oſtendit gratam ſe habere illorum viſitationem. Auguſtinus. Nemo vero putet ideo ſe dixiſſe dominum glorificandum eſſe: Quia Gentes volebant eum videre. Sed præuidebat Gentes, ſepulto grano frumenti, multas meſſes pullulaturum, Iudæis interim in ſua cæcitate permanentibus. Itaque ex occaſione iſtorum Gentilium qui eum videre cu-

Luce. 5. piebant, prænuntiat plenitudinem Gentium, quæ ingreſſura erat rete apoſtolicum, & promittit iam iam ad eſſe tempus glorificationis ſuæ, quam factam in cælis gentes fuerant crediture, velit nolit Saulus, qui nomen Ieſu volebat delere de terra. Actu. 8. & 9. Sed quia altitudinem exaltationis vſque ad conſeſſum paternæ dextræ præcedere debebat humiliatio vſque ad mortem, mortem Crucis, ſequutus adiunxit. Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam. Et qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodiet eam. Ipſe dominus Ieſus erat granum ſinapis minus omnibus oleribus,

Iudi. 16. Matth. 13. Ipſe & granum frumenti, mortificandum hora ſexta, terra tremente, ſole lugente Iona deuorato a ceto, triduo, & viuificandum, quam primum renaſci cœperunt cincinni Samſonis. Hoc granum ſepelire properabant Iudæi dicentes: Quando morietur, & peribit nomen eius? Pſal. 40. Id eſt cum occiderimus eum: iam nomen eius non erit in terra, nec ſeducet aliquos mortuus, ſed ipſa eius interfectione intelligent homines, ꝙ hominem ſequebantur, quia non erat in eo ſpes ſalutis, licet centies ac-

Ioan. 19. clamarent Oſianna, & deferent nomen eius, & non erit. Vnde ꝙ primum ſpiritum patri commendauit,

Pſal. 140. Iudæi properant de ponere deligno, & ſepulchro includere, quia inquiunt erat dies ille magnus, de quo dicetur ſuo loco. Ecce autem mortuus eſt, & ſepultus eſt, & tamdiu ſingularis erat, quamdiu ſepultus non eſt. Sepultum eſt granum, & cœpit puſillum illud granum ſinapis explicare vim ſuam, ſicut ſcriptum eſt, Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt. Matth. 27. Et rurſus ad vnam Petri concionem appoſitæ ſunt animæ circiter tria milia. Actu. 2. Et rurſus in altera prędicatione factus eſt numerus eorum qui crediderunt quinque milia. Vnde autem ſepultum granum audiunt apoſtoli, in viam Gentium ne abieritis, Matth. 10. Eo autem pullulante, prædicate inquit euangelium omni creaturæ. Marci. 16. Aperiamus autem cur hac ſimilitudine vtatur dominus, vt ſe grano frumenti ſimilem dicat. Sciendum ergo ꝙ in grano tritici tria licet reperire. Molitum enim in tres partes reſoluitur, in cutem illam tenuem quam furfures medici, Plinius ſaluiatum appellat, in nucleum, hoc eſt ſemen illud dulce & glutinoſum in me-

Nebriſen. dio ſinu grani, quod eſt genitale ſemen, vnde erumpit radix, atque tritici herba primum, ac deinceps calamus. Tertio in corpus quod defendendi ſeminis gratia eſt a natura excogitatum, & quod cadens in terram, moritur. Hoc friabile eſt, atque in farinam reſolubile, cum ſemen lentore ſuo vix reſolui poſsit. Farina igitur ex tritico his tribus conſtat, Saluiato, ſemine, corpore, quæ cum ſetaceo excernitur, ſubſidit ſyncera, foraminibusque liquatur emendata ceres, reliqua duo eminent, quæ rurſus in eodem ſetaceo concuſſa, ſupernatat ſaluiatum, ſemen vero ſuo pondere it peſſum. Et vocatur ſimila in ſacra ſcriptura Leui. 2. 6. 7. Si noſtro Antonio credimus. Cum ergo audis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: intellige quid ſit quod moritur. Moritur enim ſaluiatum, ſimiliter & corpus, id eſt farina. At vero nucleum illud medula vnde primum radix pullulat omnino non moritur: Si enim moriatur ſolum remanet granum, imo nihil de grano ſupereſt, labor perit agricolæ ſimul & impenſa. Semina verbi gratia metretas decem frumenti vel centum, corroſi tamen a curgulione (peſtis enim hæc nucleum grani arrodit) & peribit tibi omnis labor, ſeminabis multum, inferes parum, imo inferes nihil, ad no-

Granum. ſtrum propoſitum. Dicamus quod in Chriſto Ieſu Deo & homine triplex eſt ſubſtantia, eſt ſubſtantia æterna quia deus de Deo, eſt ſubſtantia noua, anima eius ſuper benedicta, eſt ſubſtantia vetus caro videlicet quam accepit ex vtero virginis. Mors grani huius diuinam naturam non attigit (abſit enim vita omnium viuentium. Quid ergo mortuum eſt? Mortuus eſt Chriſtus iuxta quod homo eſt & vere mortuus eſt, hoc eſt ſecreta eſt & ſeparata anima eius a corpore, ſicut ſecernitur a farina ſaluiatum, & quantum ad hoc tenet ſimilitudo. Quantum autem ad hoc ꝙ ſepulto grano, viuit nucleus, ſimila & nucleus quod idem ſunt, moritur autem, id eſt reſoluitur in terram ſaluiatum & farina, nullo modo tenet ſimilitudo, quia ſcriptum eſt: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Pſal. 15. Et rurſus,

Pſal. 29. Quæ vtilitas in ſanguine meo, ſi deſcendero in corruptionem? Quid eſt ſi deſcendero in corruptionem? Imo ſi vel vnica grani huius ſubſtantia omnino reſoluatur in cineres, perierat ſpes noſtra. Si enim caput non reſurgat, quomodo reſur-

Sco. 3. diſt. quæſt. 1. Si triplex huius grani ſubſtantia omnino reſolueretur in cinerem, perierat ſpes noſtra. Si enim caput non reſurgat, quomodo reſurgat corpus? Vix triduum elapſum erat a morte Chriſti & ſepultura grani illius, & iam omnino

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

nino periſſet ſpes reſurrectionis in diſcipulis Chriſti. Tenet autem & in hoc ſimilitudo, quod pro vno
grano ex parte moriente ſpica vna conſurgit, imo decem, viſæ ſunt aliquando & triginta ex vno grano
ſuccreſcere, iuxta quod dicit, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Moritur igitur granum, &
mortuus eſt Chriſtus, ſepelitur granum & ſepelitur Chriſtus, conſurgit granum multo cum fenore an-
ctum, & reſurrexit Chriſtus, & attulit mulum fructum, de quo Ioannes, vidi turbam magnam quam Origenes.
dinumerare nemo poterat. Apoc. 7. Ad hæc Origenes ſuper Exo. cap. 1. Mortuus eſt Ioſeph & omnes fra Gene 37.
tres ſui, filij autem Iſrael creuerunt & multiplicati ſunt nimis. Anteꝗ̃ moreretur noſter Ioſeph ille qui di- Hebr. 2.
ſtractus eſt a fratribus, valde pauci erant filij Iſrael. Cum vero pro omnibus guſtauit mortem (ſepultus
in puteo) per quam deſtruxit eum qui vocatur mors (1. Cor. 15.) de quo dicitur, cum ſeuiſſet Iſrael, aſcen-
debat Madiam & Amalech, & apud Iudæos figentes tentoria, ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant.
A Iudi. 6. Multiplicatus eſt fidelium populus, & creuit nimis valde, adeo vt iam rumperetur rete Petri.
Lucæ. 5. Sequitur. Qui amat animam ſuam, &c. Quis eſt qui animam amans, perditurus eſt eam? Ama-
bat animam ſuam Petrus aliquando, ideſt vitam ſuam, & hanc ne perderet negauit vitam veram tertio,
Iudas autem vtramque perdidit. Non enim hoc docuit Chriſtus, qui dicit, non occides, vt quis ſibi mor-
tem conſciſcat, ſed vt illatam, potius patienter ferat, ꝗ̃ Chriſtum abneget. De Samſone autem & ſan- Auguſt.
ctis quibuſdam fœminis quæ ne vim paterentur in pudicitia ſe ipſas occiderunt, ita dicit Auguſtinus.
Quicquid in corpore vel de corpore fiat, noſtra voluntate inconcuſſa manente, ſine culpa noſtra eſt.
Ex quo infertur, ꝙ nullus cogi poteſt ad peccatum, quia licet corpus titilletur, imo occidatur (homo ta-
men occiditur) voluntas tamen cum ex ſua natura ſit libera, cogi non poteſt, poteſt tamen ad peccandū
violenter ſuaderi. Sed quia non ſolum quod ad dolorem verum etiam quod ad libidinem pertinet in cor-
pore alieno perpetrari poteſt, quicquid tale perpetratum fuerit, & ſi retentam conſtantiſsimo animo pu-
B duciciam non excutit, tamen pudorem incutit, ne credatur factum cum mentis etiam voluntate, quod
fieri fortaſſe ſine carnis aliqua voluptate non potuit. Ac per hoc & quæ ſe occiderunt, ne quicquam eiuſ-
modi paterentur, quis humanus affectus nolit eis ignoſci? Et quæ ſe occidere noluerunt, ne ſuo facinore
alienum flagitium deuitarent, quiſquis eis hoc crimini dederit, ipſe crimine inſipientiæ non carebit. Sed
cum nulli liceat aliquem priuata morte occidere, vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla con-
cedit, profecto etiam qui ſe ipſum occidit, homicida eſt, & tanto ſit nocentior cum ſe occidit, quanto in-
nocentior in ea cauſa fuit, qua ſe occidendum putauit. Nam ſi iudam merito deteſtamur: Eo ꝙ ſe laqueo
ſuſpenderit, quia ſceleratæ illius traditionis auxit potius quam expiauit peccatum, quoniam Dei miſe-
ricordiam deſperando exitialiter pœnitens, nullum ſibi ſalutis & pœnitentiæ locum reliquit, quanto ma-
gis a ſua nece ſe abſtinere debet, qui tali ſupplicio quid in ſe puniat non habet? Iudas enim cum ſe occi-
C dit, ſceleratum hominem occidit, & tamen non ſolum Chriſti verum etiam ſuæ mortis reus, hanc vi-
tam finiuit. Hæc ille. Samſonem autem Paulus poſuit in catalogo ſanctorum, Item Auguſtinus. Qui Hebr. 11.
amat animam, perdet. Ideſt perdat eam, atque amittat vſum eius quem nunc habet peruerſum videlicet Auguſt.
atqꝫ præpoſterum, quo inclinatur temporalibus, vt æterna non quærat. Hi enim qui mundo viuunt, no-
men quidem habent viuorum, re autem ipſa mortui ſunt. Vnde Paulus. Sicut exhibuiſtis membra ve- Apoc. 3.
ſtra arma iniquitatis peccato, &c. Ambroſius. Quid carnem quaſi infirmam accuſamus? Membra noſtra Ambroſi.
arma ſunt iniquitatis & iuſticiæ. Voluntarium militem legit Chriſtus. Neminem iugoſeruitutis aſtri-
ctum poſsidet Satanas, niſi ſe prius peccatorum ære ei vendiderit. Quis eſt qui ſe Satanæ vendidit?
Qui amat animam ſuam. Quo amore? Erunt homines ſe ipſos amantes. 2. Tim. 3. Amor autem ſui
fons eſt omnium malorum ſi Platoni credimus: Philantia videlicet. Quis eſt qui animam ſuam odit vt
cuſtodiat? Qui dicit: vulneratus charitate ego ſum. S. Bonauentura. Hæc charitas eſt quæ dilectionem
D parentum vincit, amorem prolis ſuperat, affectum carnis extinguit, in ſuper & animam in odium ſui ver- Bonauēt.
tit. Vnde illud Pauli: Non facio animam meam precioſiorem me, quaſi alter ſit Paulus, ab anima ſua
atqꝫ diuerſus. Explicat autem Paulus hoc ſermonis tropo duplicem vitam, vnam qua viuimus ſicut vi- Actu. 20.
uunt & iumenta, alteram qua erimus ſicut angeli in cælo. Eſt igitur perdenda vita, quam communem
habemus cum pecoribus, ſi res ferat, ſi Tyrānus auferat: vt ne negemus vitam noſtram dominum Ieſum, Matth. 22.
vt vitam animæ conſeruus. Perdenda eſt & alio modo vita, caſtigando corpus & inſeruitutem redi- 1. Cor. 9.
gendo, ne ſi caro incraſſetur, concipiat, & calcitret ſicut Agar contra dominam ſuam. Geneſ. 16. Dicitur Eſai. 22.
autem per opptimū de quibuſdam, qui animam ſeruabant vt perderent; comedamus & bibamus: Ecce
ꝙ vitam ſeruabant. Cras moriendum eſt, ecce quomodo vitam, ideſt animam perdebant & hoc cras, id Pōpeius.
eſt in futura vita, vbi viuent, ſed malo ſuo Inito bello inter ſertorium & Pompeium, in ancipiti aliquā-
E diu Marte, tandem eo ventum eſt, vt Pompeius ipſe pene interficeretur, proſtratusqꝫ ex equo, & vulne-
ratus nulla alia cauſa euaſit, ꝙ̃ ꝙ milites Sertoriani capto Pompeij equo, aureis phaleris magnificentiſ-
ſime & præcioſiſsime ornato, dum ſimul de preda contendunt: Pompeius ipſe inter lapſus aufugit, equum
parui ducens (aut iuxta Iob cuncta quæ habet homo dabit pro tuenda vita) vt animam ſaluam faceret. Iob. 2.
Vide Matth. cap. 16. Vbi ponitur hæc eadem ſententia. Sequitur. Si quis mihi miniſtrat, me ſe-
quatur, & vbi ego ſum: illic & miniſter meus erit. Non dicit, vbi ero, ſed vbi ſum, vt intel-
ligas non corporeum locū promitti: ſicut latroni dicitur, hodie, &c. Si quis mihi miniſtrauerit, ho-
norificabit eū pater meus qui es in cælis. Siquis inquit numero cenſetur ouiū Chriſti, ſequatur
paſtoré, qui pro nobis paſſus eſt. Quare paſſus eſt? vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia eius.
Quæ ſunt illa? Animā poſuit pro vobis impijs, Rom. 5. Sequimini ducē veſtrū, & ponite vitam veſtram



Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

non dico pro illo (imo & pro illo ſi res ferat) ſed pro vobis ipſis, crucifigite carnem veſtram cum vitijs & concupiſcentijs ſicut docuit Paulus: Galla. 5. Cuius vox eſt, viuo iam non ego, viuit vero in me Chri-
Galla. 6. ſtus. Galla. 2. hoc ſignificat Petrus dicens de Chriſto, ꝙ peccatum non fecit. Id quidem nobis poſsibile nõ eſt, poſſumus tamen Chriſtum vel alonge ſequi, vt cum maledicimur, non retaliemus iniuriam. Cum pa timur, dicamus: Nos quidem iuſte. Lucæ. 23. Si non animas noſtras, ſaltem ſubſtantiã diuidamus cũ pro- ximo, quia eccleſia veſtimentis Chriſti induitur. Ioan. 19. Et ſicut ipſe peccata noſtra pertulit in corpore
Auguſt. ſuo ſuper lignũ, nos inuicẽ onera fratrum baiulemus, vt ſimus ſectatores Chriſti. Ad hæc Auguſt. Gratis ametur Chriſtus, vt operis quo miniſtratur illi preciũ, ſit eſſe cũ illo. Nos quidẽ cum illo ſumus vbicunq; ſumus, ſed ille nõ eſt nobiſcũ, niſi ſequamur veſtigia ſua. Vnde probas? Parati ſumus aſcẽdere, dixerũt Iu- dæi increduli & errantes ab vtero, poſtq̃ dixerat dominus, omnes qui numerati eſtis a. 20. annis & ſupra
Num. 14. & murmuraſtis cõtra me, nõ intrabitis in terrã pro qua leuaui manũ meã, vt habitare vos facerẽ in ea. Et Moſes ad eos. Cur trãſgredimini Verbũ domini, quod vobis nõ cedet in proſperũ? Nolite aſcẽdere, qa do-
Ioſue. 7. minus nõ eſt vobiſcũ. Et iterũ. Nõ ero vltra vobiſcũ, donec cõteratis eũ, qui huius ſceleris reus eſt, ſenſus eſt, Subtrahã auxiliũ protectiõis meæ, & corruẽt manu hoſtiũ ſuorũ. Erit igitur mecũ qui mihi miniſtrat, & numerabit inter aſtra matutina & filios Dei iuxta Iob. 38. Sequamur igitur Chriſtũ, nõ præcedamus, ne audiamus cũ Petro, vade poſt me Satana. Matth. 16. Sequamur, nõ declinãtes ad dextrã vel leuã, ſicut
Num. 14. vaccę illę. 1. Reg. 6. Sequamur, vt cõſequamur, ne ſi corde reuertamur in Aegyptũ, dicatur de nobis, iura- ui in ira mea, nunq̃ futurũ vt ingrediantur in requiẽ meam. Dicens autẽ, illic & miniſter meus erit, vnico
Matth. 17. verbo ſumma poſuit æternæ beatitudinis. Vbi enim bene erit ſine illo? Aut quãdo eſſe male poterit cum illo? Vnde Petrus, domine bonũ eſt nos hic eſſe. Eadẽ eſt autẽ ſentẽtia eius quod ſequitur: Siquis mihi mi- niſtrauerit, honorificabit. Eũ pater meus. Augu. Nã quẽ maiorẽ honorẽ accipere poterit adoptat?, q̃ vt
Auguſt. ſit vbi eſt vnicus? Nõ æqualis factus diuinitati, ſed cõſocius æternitati. Diximus alias de miniſterio Mar- thæ, & ocio Mariæ. Luc 10. Miniſtrauit & Iudas Chriſto domino, quẽ quia nõ ſequutus eſt in moribus, ſed tantũ corporis greſsibus, nõ honorem cõſequutus eſt: Sed laqueũ. Sequitur. Nunc anima mea tur- bata eſt. Et quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in hãc ho- rã. Pater clarifica nomen tuũ. Venit ergo vox de cælo, & clarificaui, & iterũ clarifica- bo. Turba ergo quæ ſtabat & audiebat, dicebat tonitrũ factũ eſſe. Alij autẽ dicebãt, Angelus ei loquutus eſt. Reſpõdit ei Ieſus. Nõ propter me hæc vox venit, ſed pro- pter vos. Stipato enim domino corona cõſerta populi, Gręci dixerunt volẽtes videre dñm. Quid autẽ cõſequentiæ habẽt hæc cũ præcedẽtibus, vt cum dux miliciæ cæleſtis hortatus fuerit miniſtros ſuos ad cõ- temptũ pręſentis vitæ, vt vitã conſequentur æternã, ipſe iuxta Prouerbiũ ante tubã trepidet, ante inq̃ q̃ bellicũ aliquid canatur? Quid eſt hoc bone Chriſte? Quomodo ponere me iubes animã, ſi turbari video tuã? Quomõ ſufferã, quod graue tanta firmitas ſentit? Quale fundamentũ quærã: Si lapis angularis pro- batus & electus ſuccũbit? Sed videor mihi audire in cogitatione mea reſpõdentẽ mihi dominũ meum, & quodammõ dicẽtẽ: Magis ſequeris, quia ſic me interpono. Audiſti ad te vocẽ fortitudinis meæ, dixi enim,
Auguſt. ſiquis vult poſt me venire, tollat crucẽ ſuam: Et calicem quẽ dedit mihi pater, & c̃. Ioan. 18. Audi igitur in
Matth. 16. me vocẽ infirmitatis tuæ. Transfero in me, quo trepidas, & ſubſterno qua tranſeas. Nunc inquit anima mea turbata eſt. Agnoſco domine miſericordiã tuã. Nam ꝙ tantus, tuæ charitatis voluntate turbaris, multos in corpore tuo qui ſuæ infirmitatis neceſsitate turbabuntur, ne deſperãdo pereãt conſolaris. Ac- ceſsit enim fortaſſe hora terribilis, proponitur optio aut abnegãdæ fidei, aut faciẽdæ iniquitatis, aut ſub- eundæ paſsionis. Turbatur anima infirma: propterquam ſponte turbata eſt anima eius qui vitę & mor-
Apoc. 1. tis habet claues, ducit ad inferos & reducit. Sed turbatio hæc fortitudo noſtra eſt, ſicut Paulus dicit, pau-
2. Cor. 8. pertatẽ Chriſti noſtras eſſe diuitias. Aĩa mea turbata eſt. Præuideo enim grauiſsimã tempeſtatẽ ingrue-
1. Reg. 2. re, quæ ingreſſura eſt vſq; ad animã meã. Pſal. 65. Et quid dicã. Quo me vertã? De precabor mortem, de- ſpondebo animũ, morem gerã carni, mortẽ pertimeſcenti? Theophyl. Vt enim nequis dicere poſsit, ꝙ ipſe
Theophy extra humanas paſsiones poſitus, facile de morte Philoſopharetur, oſtẽdit ꝙ & ipſe ab humanis proprie- tatibus tẽtatus ſit, & noſtræ naturæ fuerit particeps fere in omnibus. Mœret igitur & turbatur vt homo, qui natura vitæ amãs eſt, nõ tamẽ mortẽ deuitat, qui moriturus venit pro grege ſuo. Ad hæc Faber. Hęc
Faber. animæ turbatio diuina quædã erat ſanctæ animæ turbatio, imo plusq̃ ſanctæ cõmotio in veritate eorũ qui ſanctis rapiuntur exceſsibus, quã diuinum quoddã & magnũ ſequi debebat ſignum. Et ideo magna erat, vt anima ipſa videretur ignara quid loqueretur, quod innuit cum dicit: Quid dicã, innuens, ꝙ virtus quædã anima ſuperior in ipſo operaretur, moueretq; ipſius animã. In extaſi igitur & exceſſu loquutus [illegible] & animæ euocatione. Vide autem quid ſequitur. Pater ſaluifica me ex hac hora. Docuit igitur nos [illegible] cogitemus, quid dicamus, quẽ inuocemus, in quo ſperemus, cuius voluntatẽ certam atq; diuinam [illegible] humanæ infirmæq; pręponamus, adeoq; infirmæ, vt raro velit, & ſi quando, perficere non poteſt. Ro. 7. Eſt autem ſimilis hæc ſententia, anima mea turbata eſt illi, triſtis eſt anima mea, & c̃. Matth. 26. Sed pro-
Matth. 26. pterea veni in hanc horam, hoc eſt: Si licet iuxta ꝙ caro ducitur quo nõ vult: (quæ mortem naturaliter
Hebr. 9. refugit) mori nolim, tamen iuxta quod ſpiritus promptus eſt, agnoſco quod propterea veni in hanc ho- ram, vt morte intercedente mea, repromiſsionem accipiat æternæ hæreditatis, qui membra ſunt corporis mei. Igitur cum ait, pater ſaluificame, & anima turbata eſt: Et quid dicam, voces & affectus carnis explicuit, ſed cum dicit, propterea veni in hanc horam, voluntatem portionis ſuperioris intellig[illegible] dicentis:
Matth. 26. Non mea voluntas, ſed tua fiat, quia ad hanc exequendam formam ſerui accepi. Quod autem ſequitur,
Philip. 2. pater clarifica nomen tuum, eandem habet interpretationem cum illo, ſignificans qua morte eſſet clari- ficaturus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ficaturus deum. Ioan.21. Oſtende inquit o pater claritatem & potentiam nominis tui, in eo ꝙ vnicum tum a confuſione crucis & vtilitate ſepulchri transferas in gloriam reſurrectionis & dexteræ tuæ conſortem facias, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur Philip.2. Clarifica nomen tuum, vt omnes credant ꝙ tu me miſiſti, vt te agnito per meam doctrinam, ſalutem conſequentur æternam. Atq; ita qui clarus es apud Iudæos tantum, clarus fias toto orbe terrarum, Venit igitur vox de cælo dicens: & clarificaui, quando? Quando angeli cecinerunt gloriam puerperę: Magi adorauerunt: Quando eo baptizato: cæli reſerati ſunt. Lucæ.3. Quando in monte transformatus eſt. Matth.17. Quando (vt cætera omnia prætermittam) glorioſo triumpho circundatus ramis, cantantibus tum & pueris, tum & angelis, cum frequentiſsima turba ciuitatem ingreſſus eſt, & ad templum vſq; perueniens & nundinatores abigens: Euerſis menſis & cathedris, oſtendit quis eſſet: dicens, domus mea, &c. Oſtendit quid poſſet, quia cæcos illuminauit, & rectificauit claudos, iterum autem clarificatus eſt, quando eleuatis manibus ferebatur in cælum. Lucæ.24. Hilarius. Natus ex virgine, a cunis ad pueritiam venerat, inde ad conſummatum virum, per ſomnum, famen ſitim, laſsitudinem: lachrymas hominem egerat: etiãnunc conſpuendus & flageladus, & crucifigendus erat. Sequitur clarificatio. Sol non occidit, ſed refugit, & interitum ſuum cum eo reliqua mundi elementa ſenſerunt. Terra & onus domini in ligno pendentis tremuit, eum qui moriturus erat intra ſe conteſtata non capere. Rupes & ſaxa diſsiliunt, & naturam ſuam perdunt: cæſamq; ex ſe arcam in continenti condendi corporis confitentur. Sequitur & Centurionis confeſsio, vere hic homo Dei filius erat, quibus verbis clarificatur filius Dei, pendens licet inter iniquos. Turba ergo quæ ſtabat & audiebat, dicebat, &c. Cum enim turba neſciret, ad quem vox facta eſſet: cum multi ad eſſent, & minus attenti eſſent, ſicut ſit in concurſu hominum, variabant ſententijs. Reſpondit itaq; dominus. Non propter me hæc vox venit, &c. Dominus vt gloriæ ſuſpicionem a ſe remoueret, qui ad horam ſuſtinuerat rex Iſrael vocari: hæc inquit non eſt tonitrum e nubibus, non eſt vox angeli alicuius (reuera autem ab angelo formata erat) eſt autem patris mei qui eſt in cælis, quę tamen non propter me facta eſt, qui noui qua me dilectione complectatur, quia quæ placita ſunt ei facio ſemper. Venit vero propter vos, vt intelligatis, ꝙ quem pater clarificauit in vita, multis editis miraculis, eundem clarificaturus eſt poſtriduum mortis, iuxta quod nunc conſequenter ſequitur in textu Ioan.12. Nunc iudicum eſt mundi: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnes, pantas traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Auguſtinus. Poſsidebat ergo diabolus genus humanum, dicens: Neſcio dominum, & Iſrael non dimittam, & reos ſuppliciorum tenebat Chyrographo peccatorum. Dominabatur princeps hic & tenebrarum harum rector in cordibus infidelium: omnis enim caro corruperat viam ſuam (Gene.6.) & ad creaturam colendam (deſerto creatore) deceptos captiuosq; pertrahebat. Sicut enim ſcriptum eſt, vnaquæque gens fabricata eſt deum ſuum. Quid dicimus deum ſuum? Vide quid ſcriptum ſit de filio primogenito Dei (Exo.4.) populo peculiari (Deut.7.) gente inclyta (Deut.4.) pupilla oculi Dei (Zach.20.) & Chriſtis ſuis. Pſal 104. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, dereliquit deum factorem ſuum. Et infra. Immolauerunt dæmonijs & non Deo, Dijs quos ignorabant. Noui recentesq; venerunt. Quot venerunt? An potius allati ſunt: Erant enim aurum, æs, ligna imputribilia licet, (non refert) & lapides. Et ſi requiras quot venerunt noui & recentes, reſpondet ſcriptura, habuerunt Iudæi ſuum templum pantheon ad imitationem Romanorum, de quo vide Ezech.cap.8. per totum, &.2. Parali.cap.29. Si igitur apud populum Dei peculiarem (non enim fecit taliter omni nationi) qui ab ore Dei audierat (Exo.20.) non erunt tibi dij alieni, non facies ſculptile, &c. (Vide textum) tot deorum monſtra & portenta noua & recentia inuenta ſunt, quid de cæteris gentibus qui cimerias tenebras incolebant ſentiendum ſit, videto. Legi in hiſtoria competentis autoritatis de Bruxilio philoſopho, ꝙ reliquærit Romæ ad cuſtodiã ciuitatis ducenta octoginta milia deorum, iuxta numerum videlicet ciuium. Erant autem inter cætera his dijs templa dicata. Vnum quidem omnium deorũ tam Romani Imperij, ꝙ Gentium earum quas iure belli ſibi ſubiecerant. Erant præterea ædes virtutis, Honoris, Spei, Camœnarum.i.muſarum, Apollinis, Martis, Mineruę, Tempeſtatis, Iſis & Serapis, & Monetæ. Templum Pacis, Remi, Veneris, Iunonis, Lucinæ, Salutis, Floræ, Quirini, Sol & Fortunæ, quæ multa habebat ſacella. Iani, Saturni, Veſtæ, Iouis tonantis, Caſtoris, Herculis, Pudicitiæ, Matutæ, Bellonæ, Neptuni, Aedes Matris deorum, Mercurij, Cereris, Ditis patris, bonæ dee, Dianæ, Libertatis & Iani. Ex his autem quæ gratia laxandi animum poſuimus, intelligere poteris examina portentorum Romanorum, de quo qui velit latius edoceri legat Auguſtinũ de ciuitate Dei. Bene ergo dixit Auguſtinus. Poſsidebat diabolus genus humanum, & deceptos captiuosque tenebat, quos vel promiſsis attrahebat, vel terroribus impellebat, dicens vnicuique eorum, me adorate, & hæc omnia dabo vobis, eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum, non moriemini. Gene.3. Per Chriſti autem mortem multa milia credentiũ eiecto foras forti & alligato (Lucæ.11.) a dominatu liberantur diaboli, & Chriſti membra effecti per fidem mortis eius & reſurrectionis, &c. ſub tanto capite vno eius ſpiritu vegetantur. Hoc vocat iudicium, hanc a ſuis redemptis diaboli expulſionem. Eijcietur foras extra ſpem recuperandi principatũ, hoc eſt extra ſpem numinis, quia ſublata eſt ab hominibus opinio, ꝙ in dæmonibus ſit aliquod numen aliquid numinis. Et ſi enim mundus pro magna parte defecerit a Chriſto non tamen redijt ad idololatriam, non redijt diabolus princeps ad hoc vt adoretur. Idem Auguſtinus. Eſt autem Diabolus princeps non mundi ſed cupiditatum ſæculi, per quas regnat in homine. Mittitur autem foras, quando ex toto corde mundo renunciatur. Ideoq; ipſe dominus triumphantem naturam hominis portans: ſecure inquit, ꝙ ego vici mundum. Vnde Leone iſto eiecto foras, fauus mellis ex eius ore procedit.

Margin letters, left: A, B, C, D, E. Marginal notes, right: Matth. 2. — Hilarius. — Match. 27. — Ioan. 3. — Auguſt. — Exo. 5. — 4. Reg. 17. — Deut. 32. — Pſal. 147. — Bruxilius. — Matth. 4. — Auguſt.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

non dico pro illo (imo & pro illo ſi res ferat) ſed pro vobis ipſis, crucifigite carnem veſtram cum vitijs &
concupiſcentijs ſicut docuit Paulus: Galla.5. Cuius vox eſt, viuo iam non ego, viuit vero in me Chri-
Galla. 6. ſtus. Galla.2. hoc ſignificat Petrus dicens de Chriſto, ꝙ peccatum non fecit. Id quidem nobis poſsibile nõ
eſt, poſſumus tamen Chriſtum vel alonge ſequi, vt cum maledicimur, non retaliemus iniuriam. Cum pa
timur, dicamus: Nos quidem iuſte, Lucæ.23. Si non animas noſtras, ſaltem ſubſtantiã diuidamus cũ pro-
ximo, quia eccleſia veſtimentis Chriſti induitur. Ioan. 19. Et ſicut ipſe peccata noſtra pertulit in corpore
August. ſuo ſuper lignũ, nos inuicẽ onera fratrum baiulemus, vt ſimus ſectatores Chriſti. Ad hæc Auguſt. Gratis
ametur Chriſtus, vt operisquo miniſtratur illi preciũ, ſit eſſe cũ illo. Nos quidẽ cum illo ſumus vbicunq;
ſumus, ſed ille nõ eſt nobiſcũ, niſi ſequamur veſtigia ſua. Vnde probas? Parati ſumus aſcẽdere, dixerũt Iu-
dæi increduli & errantes ab vtero, poſtq; dixerat dominus, omnes qui numerati eſtis a.20. annis & ſupra
Num. 14. & murmuraſtis cõtra me, nõ intrabitis in terrã pro qua leuaui manũ meã, vt habitare vos facerẽ in ea. Et
Moſes ad eos. Cur trãſgredimini Verbũ domini, quod vobis nõ cedet in proſperũ? Nolite aſcẽdere, qa do
Ioſue. 7. minus nõ eſt vobiſcũ. Et iterũ. Nõ ero vltra vobiſcũ, donec cõteratis eũ, qui huius ſceleris reus eſt, ſenſus
eſt, Subtrahã auxiliũ protectiõis meæ, & corruẽt manu hoſtiũ ſuorũ. Erit igitur mecũ qui mihi miniſtrat,
& numerabit inter aſtra matutina & filios Dei iuxta Iob. 38. Sequamur igitur Chriſtũ, nõ præcedamus,
ne audiamus cũ Petro, vade poſt me Satana. Matth.16. Sequamur, nõ declinãtes ad dextrã vel leuã, ſicut
Num. 14. vaccę illę. 1. Reg. 6. Sequamur, vt cõſequamur, ne ſi corde reuertamur in Aegyptũ, dicatur de nobis, iura-
ui in ira mea, nunq; futurũ vt ingrediantur in requiẽ meam. Dicens autẽ, illic & miniſter meus erit, vnico
Matth. 17. verbo ſumma poſuit æternæ beatitudinis. Vbi enim bene erit ſine illo? Aut quãdo eſſe male poterit cum
illo? Vnde Petrus, domine bonũ eſt nos hic eſſe. Eadẽ eſt autẽ ſentẽtia eius quod ſequitur: Siquis mihi mi-
niſtrauerit, honorificabit. Eũ pater meus. Augu. Nã quẽ maiorẽ honorẽ accipere poterit adoptat?, ꝙ vt
August. ſit vbi eſt vnicus? Nõ æqualis factus diuinitati, ſed cõſocius æternitati. Diximus alias de miniſterio Mar-
thæ, & ocio Mariæ. Luc 10. Miniſtrauit & Iudas Chriſto domino, quẽ quia nõ ſequutus eſt in moribus,
ſed tantũ corporis greſsibus, nõ honorem cõſequutus eſt: Sed laqueũ. Sequitur. Nunc anima mea tur
bata eſt. Et quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in hãc ho
rã. Pater clarifica nomen tuũ. Venit ergo vox de cælo, & clarificaui, & iterũ clarifica
bo. Turba ergo quæ ſtabat & audiebat, dicebat tonitrũ factũ eſſe. Alij autẽ dicebãt,
Angelus ei loquutus eſt. Reſpõdit ei Ieſus. Nõ propter me hæc vox venit, ſed pro-
pter vos. Stipato enim domino corona cõſerta populi, Gręci dixerunt volẽtes videre dñm. Quid autẽ
cõſequentiæ habẽt hæc cũ præcedẽtibus, vt cum dux miliciæ cæleſtis hortatus fuerit miniſtros ſuos ad cõ-
temptũ pręſentis vitæ, vt vitã conſequentur æternã, ipſe iuxta Prouerbiũ ante tubã trepidet, ante inq; ꝙ
bellicũ aliquid canatur? Quid eſt hoc bone Chriſte? Quomodo ponere me iubes animã, ſi turbari video
tuã? Quomõ ſufferã, quod graue tanta firmitas ſentit? Quale fundamentũ quærã: Si lapis angularis pro
batus & electus ſuccũbit? Sed videor mihi audire in cogitatione mea reſpõdentẽ mihi dominũ meum, &
quodammõ dicẽtẽ: Magis ſequeris, quia ſic me interpono. Audiſti ad te vocẽ fortitudinis meæ, dixi enim,
August. ſiquis vult poſt me venire, tollat crucẽ ſuam: Et calicem quẽ didit mihi pater, & c. Ioan. 18. Audi igitur in
Matth. 16. me vocẽ infirmitatis tuæ. Transfero in me, quo trepidas, & ſubſterno qua tranſeas. Nunc inquit anima
mea turbata eſt. Agnoſco domine miſericordiã tuã. Nam ꝙ tantus, tuæ charitatis voluntate turbari te,
multos in corpore tuo qui ſuæ infirmitatis neceſsitate turbabuntur, ne deſperãdo pereãt conſolaris. Ac-
ceſsit enim fortaſſe hora terribilis, proponitur optio aut abnegãdæ fidei, aut faciẽdæ iniquitatis, aut ſub-
eundæ paſsionis. Turbatur anima infirma: propterquam ſponte turbata eſt anima eius qui vitę & mor-
Apoc. 1. tis habet claues, ducit ad inferos & reducit. Sed turbatio hæc fortitudo noſtra eſt, ſicut Paulus dicit, pau-
2. Cor. 8. pertatẽ Chriſti noſtras eſſe diuitias. Aĩa mea turbata eſt. Præuideo enim grauiſsimã tempeſtatẽ ingrue-
1. Reg. 2. re, quæ ingreſſura eſt vſq; ad animã meã. Pſal. 65. Et quid dicã. Quo me vertã? De precabor mortem, de-
ſpondebo animũ, morem gerã carni, mortẽ pertimeſcenti? Theophyl. Vt enim nequis dicere poſsit, ꝙ ipſe
Theophy extra humanas paſsiones poſitus, facile de morte Philoſopharetur, oſtẽdit ꝙ & ipſe ab humanis proprie-
tatibus tẽtatus ſit, & noſtræ naturæ fuerit particeps fere in omnibus. Mœret igitur & turbatur vt homo,
qui natura vitæ amãs eſt, nõ tamẽ mortẽ deuitat, qui moriturus venit pro grege ſuo. Ad hæc Faber. Hęc
Faber. animæ turbatio diuina quædã erat ſanctæ animæ turbatio, imo plusq; ſanctæ cõmotio in veritate eorũ
qui ſanctis rapiuntur exceſsibus, quã diuinum quoddã & magnũ ſequi debebat ſignum. Et ideo magna
erat, vt anima ipſa videretur ignara quid loqueretur, quod innuit cum dicit: Quid dicã, innuens, ꝙ virtus
quædã anima ſuperior in ipſo operaretur, moueretq; ipſius animã. In extaſi igitur & exceſſu loquutus eſt
& animæ euocatione. Vide autem quid ſequitur. Pater ſaluifica me ex hac hora. Docuit igitur nos quid
cogitemus, quid dicamus, quẽ inuocemus, in quo ſperemus, cuius voluntatẽ certam atq; diuinam noſtræ
humanæ infirmæq; pręponamus, adeoq; infirmæ, vt raro velit, & ſi quando, perficere non poteſt, Rom. 7.
Eſt autem ſimilis hæc ſententia, anima mea turbata eſt illi, triſtis eſt anima mea, & c. Matth. 26. Sed pro-
Matth. 26. pterea veni in hanc horam, hoc eſt: Si licet iuxta ꝙ caro ducitur quo nõ vult: (quæ mortem naturaliter
Hebr. 9. refugit) mori nolim, tamen iuxta quod ſpiritus promptus eſt, agnoſco quod propterea veni in hanc ho-
ram, vt morte intercedente mea, repromiſsionem accipiat æternæ hæreditatis, qui membra ſunt corporis
mei. Igitur cum ait, pater ſaluifica me, & anima turbata eſt: Et quid dicam, voces & affectus carnis
explicuit, ſed cum dicit, propterea veni in hanc horam, voluntatem portionis ſuperioris intelligẽtiæ, dicens
Matth. 26. Non mea voluntas, ſed tua fiat, quia ad hanc exequendam formam ſerui accepi. Quod autem ſequitur,
Philip. 2. pater clarifica nomen tuum, eandem habet interpretationem cum illo, ſignificans qua morte eſſet clari-
ficaturus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ficaturus deum. Ioan.21. Oſtende inquit o pater claritatem & potentiam nominis tui, in eo ꝙ vnicum
tum a confuſione crucis & vtilitate ſepulchri transferas in gloriam reſurrectionis & dexteræ tuæ conſor-
tem facias, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur Philip.2. Clarifica nomen tuum, vt omnes credant ꝙ
tu me miſiſti, vt te agnito per meam doctrinam, ſalutem conſequentur æternam. Atq; ita qui clarus es
apud Iudæos tantum, clarus fias toto orbe terrarum, Venit igitur vox de cælo dicens: & clarificaui, quan-
do? Quando angeli cecinerunt gloriam puerperę: Magi adorauerunt: Quando eo baptizato: cæli re- Matth. 2.
ſerati ſunt. Lucæ.3. Quando in monte transformatus eſt. Matth.17. Quando (vt cætera omnia præter-
mittam) glorioſo triumpho circundatus ramis, cantantibus tum & pueris, tum & angelis, cum frequen-
tiſsima turba ciuitatem ingreſſus eſt, & ad templum vſq; perueniens & mundinatores abigens: Euerſis
menſis & cathedris, oſtendit quis eſſet: dicens, domus mea, &c. Oſtendit quid poſſet, quia cæcos illumi-
A nauit, & rectificauit claudos, iterum autem clarificatus eſt, quando eleuatis manibus ferebatur in cælum.
Lucæ.24. Hilarius. Natus ex virgine, a cunis ad pueritiam venerat, inde ad conſummatum virum, per Hilarius.
ſomnum, famen ſitim, laſsitudinem: lachrymas hominem egerat: etiã nunc conſpuendus & flageladus, &
crucifigendus erat. Sequitur clarificatio. Sol non occidit, ſed refugit, & interitum ſuum cum eo reliqua
mundi elementa ſenſerunt. Terra & onus domini in ligno pendentis tremuit, cum qui moriturus erat
intra ſe conteſtata non capere. Rupes & ſaxa diſsiliunt, & naturam ſuam perdunt: cæſamq; ex ſe arcam
in continenti condendi corporis confitentur. Sequitur & Centurionis confeſsio, vere hic homo Dei filius Matth. 27.
erat, quibus verbis clarificatur filius Dei, pendens licet inter iniquos. Turba ergo quæ ſtabat & audie-
bat, dicebat, &c. Cum enim turba neſciret, ad quem vox facta eſſet: cum multi ad eſſent, & minus at-
tenti eſſent, ſicut fit in concurſu hominum, variabant ſententijs. Reſpondit itaq; dominus. Non propter
B me hæc vox venit, &c. Dominus vt gloriæ ſuſpicionem a ſe remoueret, qui ad horam ſuſtinuerat rex
Iſrael vocari: hæc inquit non eſt tonitrum e nubibus, non eſt vox angeli alicuius (reuera autem ab an-
gelo formata erat) eſt autem patris mei qui eſt in cælis, quę tamen non propter me facta eſt, qui noui qua
me dilectione complectatur, quia quæ placita ſunt ei facio ſemper. Venit vero propter vos, vt intelliga- Ioan. 8.
tis, ꝙ quem pater clarificauit in vita, multis editis miraculis, eundem clarificaturus eſt poſtriduum mor-
tis, iuxta quod nunc conſequenter ſequitur in textu Ioan.12. Nunc iudicum eſt mundi: Nunc Auguſt.
princeps huiuſmundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnes, pantas
traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Exo. 5.
Auguſtinus. Poſsidebat ergo diabolus genus humanum, dicens: Neſcio dominum, & Iſrael non dimit-
tam, & reos ſuppliciorum tenebat Chyrographo peccatorum. Dominabatur princeps hic & tenebrarum
harum rector in cordibus infidelium: omnis enim caro corruperat viam ſuam (Gene.6.) & ad creaturam
C colendam (deſerto creatore) deceptos captiuoſq; pertrahebat. Sicut enim ſcriptum eſt, vnaquæque gens
fabricata eſt deum ſuum. Quid dicimus deum ſuum? Vide quid ſcriptum ſit de filio primogenito Dei 4. Reg. 17.
(Exo.4.) populo peculiari (Deut.7.) gente inclyta (Deut.4.) pupilla oculi Dei (Zach.20.) & Chriſtia
ſuis, Pſal 104. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, dereliquit deum factorem ſuum. Et infra. Immola-
uerunt dæmonijs & non Deo, Dijs quos ignorabant. Noui recenteſq; venerunt: Quot venerunt? An po
tius allati ſunt: Erant enim aurum, æs, ligna imputribilia licet, (non refert) & lapides. Et ſi requiras quot Deut. 32.
venerunt noui & recentes, reſpondet ſcriptura, habuerunt Iudæi ſuum templum pantheon ad imitatio-
nem Romanorum, de quo vide Ezech. cap.8. per totum, &.2. Parali. cap.28. Si igitur apud populum Dei
peculiarem (non enim fecit taliter omni nationi) qui ab ore Dei audierat (Exo.20.) non erunt tibi dij alie Pſal. 147.
ni, non facies ſculptile, &c. (Vide textum) tot deorum monſtra & portenta noua & recentia inuenta
ſunt, quid de cæteris gentibus qui cimerias tenebras incolebant ſentiendum ſit, videto. Legi in hiſtoria
D competentis autoritatis de Bruxilio philoſopho, ꝙ reliquærit Romæ ad cuſtodiã ciuitatis ducenta octo- Bruxilius.
ginta milia deorum, iuxta numerum videlicet ciuium. Erant autem inter cætera his dijs templa dicata.
Vnum quidem omnium deorũ tam Romani Imperij, ꝙ Gentium earum quas iure belli ſibi ſubiecerant.
Erant præterea ædes virtutis, Honoris, Spei, Camœnarum. i. muſarum, Apollinis, Martis, Mineruę, Tē-
peſtatis, Iſis & Serapis, & Monetæ. Templum Pacis, Remi, Veneris, Iunonis, Lucinæ, Salutis, Floræ,
Quirini, Sol & Fortunæ, quæ multa habebat facella, Iani, Saturni, Veſtæ, Iouis tonantis, Caſtoris, Her-
culis, Pudicitiæ, Matutæ, Bellonæ, Neuptuni, Aedes Matris deorum, Mercurij, Cereris, Ditis patris, bo-
næ dee, Dianæ, Libertatis & Iani. Ex his autem quæ gratia laxandi animum poſuimus, intelligere pote-
ris examina portentorum Romanorum, de quo qui velit latius edoceri legat Auguſtinũ de ciuitate Dei.
Bene ergo dixit Auguſtinus. Poſsidebat diabolus genus humanum, & deceptos captiuoſque tenebat,
E quos vel promiſsis attrahebat, vel terroribus impellebat, dicens vnicuique eorum, me adorate, & hæc Matth. 4.
omnia dabo vobis, eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum, non moriemini. Gene.3. Per Chriſti autem
mortem multa milia credentiũ eiecto foras forti & alligato (Lucę.11.) a dominatu liberantur diaboli, &
Chriſti membra effecti per fidem mortis eius & reſurrectionis, &c. ſub tanto capite vno eius ſpiritu vege-
tantur. Hoc vocat iudicium, hanc a ſuis redemptis diaboli expulſionem. Eijcictur foras extra ſpem recupe- Auguſt.
randi principatũ, hoc eſt extra ſpem numinis, quia ſublata eſt ab hominibus opinio, ꝙ in dæmonibus ſit
aliquod numen aliquid numinis. Et ſi enim mundus pro magna parte defecerit a Chriſto non tamen re-
dijt ad idololatriam, non redit diabolus princeps ad hoc vt adoretur. Idem Auguſtinus. Eſt autem Dia-
bolus princeps non mundi ſed cupiditatum ſæculi, per quas regnat in homine. Mittitus autem foras,
quando ex toto corde mundo renunciatur. Ideoq; ipſe dominus triumphantem naturam hominis portãs:
ſertote inquit, ꝙ ego vici mundum. Vade Leone iſto eiecto foras, fauus mellis ex eius ore procebat.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ioan. 17. Ecce enim conſpicimus leges ipſas regni Tyranni, quæ aduerſus Chriſtum ante fremuerunt, nunc iam
Iudi. 14. perempta feritate, dulcedini euangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbere. Quale edictum pende-
bat in regno principis mundi huius, eo viuente? Quicunq; non adorauerit ſtatuam meam auream, mit-
Dani. 3. tetur in fornacem. Quale nunc edictum pendet, eo foras electo? A me poſitum eſt hoc decretum, vt om-
nis populus tribus & lingua quæ loquuta fuerit blaſphemiam contra deum trium puerorum, diſpereat,
& domus eius vaſtetur. Non eſt autem difficile videre diabolum victum, quando qui ab illo occiſus eſt,
reſurrexit. Illud mirabilius, videre eum victum, quando ſibi viciſſe videbatur, dicentibus quibuſdam ex
ſatellitibus eius, ſine, videamus, an veniat Helias liberans eum. Et ego ſi exaltatus fuero a terra pantas
elKeſo. Ideſt omnes traham, hoc eſt ex omni natione quæ ſub cælo eſt aliqui credent euangelio. Nam ꝙ
Matth. 27. non omnes traxerit, ipſi Iudæi teſtes ſunt, qui vſq; hodie abnegant Dei filium veniſſe in carne. Quin &
Apoc. 7. Agareni vel Sarraceni teſtimonio ſunt, qui bonam orbis partem ſibi vindicant, qui & ipſi negant mor-
tem filij Dei, ſicut Iudæi incarnationem. Auguſtinus, omnia exponit, ideſt ſpiritum animam & corpus.
Auguſt. Aut certe inquit omnia hominum genera, ſiue in linguis omnibus, ſiue in ætatibus, ſiue in gradibus hono-
rum omnibus, ſiue in artium licitarum & vtilium profeſsionibus omnibus, & quicquid aliud dici poteſt.
Cæterum ſententia hæc ſimilis eſt illi, illuminat omnem hominem. Ioan. 1. Item illud, prædicate euan-
Marci. 6. gelium omni creaturæ. Chryſoſto. Eſto diabole ꝙ omnes interemiſti, quia omnes peccauerunt. Chriſtum
Chryſoſt. dominum cur interemiſti? Quia videlicet venit ſecundum te ante tempus, vt torqueret te, & regno pel-
leret. Matth. 8. Per Chriſtum ergo omnes credentes libertate donabuntur. Omnia enim ad ſe trahet, verbi
gratia. Sit violentus quiſpiam Tyrannus, qui omnes qui in manus ſuas venerint: multis afficiat malis:
ſicut legimus de Dionyſio, quo pulſo e Siracuſis, clamatum eſt publice, tunc primum, ſolem exortum eſſe
Dionyſi? populo illi. Hic ſi vel regem vel regis filium captum: iniuſte perimat, illius mors alios etiam vlciſci pote-
rit. Sit aliquis qui debitores poſtulat, & in carcerem pertrahat, & hac inſania etiam nihil debentem co-
erceat. Hic etiam eorum quæ indebitores commiſit dabit pœnam. Non aliter in Ieſu vſu venit. Eorum
enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Chriſtum auſus eſt, poſtulatus eſt ad ſupplicium, &
eiectus foras. Non autem inquit Auguſtinus, ꝙ neminem tentat, imo vero tentare non ceſſat, ſed aliud
Auguſt. eſt intrinſecus regnare, aliud forinſecus oppugnare. Venit igitur Chriſtus, & paternis nos cautionibus in-
uenit aſtrictos quas conſcripſit Adam. Initium quidem obligationis Adam oſtendit, peccatis autem no-
Matth. 18. ſtris fœnus accreuit vſq; ad. 10. milia talentorum. Fuit igitur ibi maledictio & peccatum & mors, legiſque
condemnatio, quæ omnia Chriſtus deleuit, atq; conceſsit. Vnde Paulus clamat. Chyrographum pecca-
torum quod erat aduerſum nos, tulit e medio, affigens cruci, deletum prius, vt prorſus veſtigia eius nulla
remanerent, & hoc non in angulo non ſecretim, ſed in mundi medio, in excelſo ligno, omnibus videnti-
Colloſ. 2. bus. Eſt enim crux arbor illa de qua dicitur proceritas eius contingens cælum. Alioqui non video, quo-
Dani. 4. modo dicat Paulus Colloſ. 1. Pacificans per ſanguinem crucis ſuæ quæ in cælis ſunt & quæ in terra. Hoc
Figura. lignum eſt gladius Goliath, ſiquidem ſuis armis occiſus eſt, qui & ipſe in ligno triumpharat. Quamdiu au-
tem gladius ille in manu erat Goliæ, terrori erat populo Dei. Poſtquam autem Dauid tenuit eum manu
1. Reg. 17. ſua, & amputauit caput principis mundi huius, pro ſigno victoriæ & ſalutis eſt populo Dei (Ezech. 9.)
& magno cum honore in templis ſeruatur. Altitudo Goliæ ſuperbia eſt diaboli, arma eius fraudes eius:
Baculus Dauid lignum crucis, ſed nobis eſt baculus: Diabolo gladius. Percutitur in fronte cum videt cru-
cem poſitam. In fronte illorum, quos ipſe ſuo conſignarat charactere. Dauid detulit in Hieruſalem caput
Goliæ & gladium, ideſt nicceterium & opima ſpolia, quia Chriſtus quos de Diaboli poteſtate eripuit, ad
1. Reg. 18. defenſionem eccleſiæ tranſtulit. Cantica puellarum occurrentium victori Dauid, gaudium præfigurabat
eccleſiæ de victoria Chriſti contra principem mundi huius, quando eo eiecto foras, omnes ad ſe attraxit
Chriſtus. Auguſtinus. Tantam in cruce domini ſalutem Moſes futuram eſſe cognouit, vt non ob aliud
ad eius inditium ſerpentem illum erigere iuberetur. Num. 21. Nec propter aliud ſerpens ille æneus factus
eſt, niſi vt permanſuræ paſsionis domini fidem ſignificaret. Si enim obliti eſſent homines & ob litteratura
eſſet de memoria temporis, ꝙ Chriſtus pro hominibus mortuus eſt: vere morerentur, nunc autem tanquam
ænea permanet crucis fides, vt cum alij moriantur, alij naſcantur, ipſam tamen ſublimen permanere in-
Auguſt. ueniant, quam intuendo, ſanentur. Non ergo mirum ſi de maledicto vicit maledictum, & de morte
mortem, & de ſerpente ſerpentem, qui olim in manu Moſi ſerpens e virga factus eſt. Quod ſi iuxta le-
Exo. 4. gem maledictus eſt omnis homo qui pendet in ligno, quia homo imago Dei eſt & gloria, (1. Cor. 11.)
Deut. 21. Quid dicamus de Chriſto, qui candor eſt lucis æternæ? Sed Chriſtus pro benedictione noſtra pependit,
Sapi. 7. vt tanquam magnes omnes ad ſe attraheret. Gal. 3. Vnde iuxta Ambroſium, nunquam domino ſequi
Ambroſi? flexeris, donec in cruce exaltatus eſt. Exaltatus igitur, omnes ad ſe attraxit qui trahi voluerunt. Quo-
Rom. 7. rum vox eſt, velle adiacet nobis perficere non poſſumus, trahe nos poſt te. Cætera patent. Reſpondit
ei turba. Nos audiuimus ex lege, ꝙ Chriſtus manet in æternum, Et quō tu dicis,
oportet exaltari filium hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Audiuimus inquiunt. Tene-
quia ipſi non ligerant, ſed hoc communiter docebantur a ſcribis, ꝙ Meſsias regnabit inæternum. Hoc
bant Iudæi memoria ꝙ dominus Chriſtus frequenter habebat in ore verſum hoc, filius hominis.
itaq; iſti animo retinentes, & quod nunc ait, ſi exaltatus fuero a terra, mortem crucis intelligentes, inqui-
runt. Nos audiuimus ex lege quod Chriſtus manet in æternum, quomodo exaltabitur a terra, id eſt
quomodo crucis paſsione morietur? Hoc enim eum dixiſſe intelligebant, quod facere cogitabant.
Quod autem Chriſtus maneat inæternum Daniel teſtificatur dicens, poteſtas eius poteſtas æterna.
capi. 17. Vide & in Pſalmo. 88. Sicut luna perfecta æternum & teſtis in cælo fidelis. Item Eſaiæ. cap. 9.

EL COLEGIO de JALISCO

cap. 9. pater futuri ſæculi, &c. Item Pſalmo. 109. Tu es ſacerdos in æternum. Ex his igitur præmiſſis ſic racionantur, Chriſtum dominum non eſſe Meſsiam vel Chriſtum in lege promiſſum. Si Chriſtus inquiunt manet inæternum, non morietur, ſed tu moriturus es, quia dicis te exaltandum in cruce, ergo tu non es Chriſtus nobis in lege promiſſus. Niſi forte (quod non credimus) exaltatus in cruce, viuus deſcendes ad voces dicentium, ſi filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce. Itaq; breuiter ſic ſillogizant. Chriſtus nõ morietur, tu moriturus es, ergo tu non Chriſtus. Chriſtus tamen nuſq; legitur dixiſſe, oportet exaltari filius hominis. Dixit autem, ſi exaltatus fuero, &c. Solutio. Et Chriſtus erat verus Chriſtus, & Chriſtus vere mortuus eſt: & Chriſtus manet in æternum. Hæc autem non intelligebant Iudæi, quoniam de myſterio reſurrectionis nec ſuſpicabantur quidem, nec dum ipſi, ſed nec apoſtoli, ſicut dictum eſt Lucæ cap. 18.
A Ibi, erat verbum iſtud abſconditum ab eis. Hæc autem quę Iudæi dicabant, accipientes exaltari pro mortem ſubire, & filium hominis intelligentes ipſum dominum Chriſtum, vere ſed diuinantes dicebant, ad quæ tamen quoniam malicioſe dicebantur non reſpondit dominus Ieſus. Poterat enim dicere dominus Ieſus, ego ſum Chriſtus (Ioan. 4.) & maneo inæternum, & exaltabor in cruce, ſed neq; illi capaces erant tanti myſterij, nec tempus aderat prædicandi ſacramentum illud, quando & apoſtolis cautum eſt, ne dicerent dominum eſſe Chriſtum propter cauſas dictas Matth. cap. 16. Obſerua q; Adam nomen eſt commune vtriq; ſexui, nec eſt nomen aliquod proprium primi hominis, niſi q; a Græcis repertum eſt protoplaſtus. Dictus eſt autem primus homo Adam ab adama quod eſt humus, quãquam Ioſephus ab Edom hoc eſt rubro id nomen duci putet: Fictum enim eſſe hominem in agro Damaſceno, eamq; terram eſſe rubram. Id & ſi non improbemus, tamen Adam nil aliud ſignificat q; terrenum. Quando ergo Chriſtus in euangelio ſe vocat filium hominis, nil aliud ſignificat q; q; vere erat homo. Eſt enim Phraſis Hebraica
B filius hominis, filius dilectionis, filius mortis, filius mandatij, filius pacis. Quin & Cyprianus dicit, ideo quatuor mundi partes videlicet anatole Meſſembria Dyſis arctos in nomine A D A M contineri, q; ex omnibus mundi cardinibus terra illa ſumpta ſit, equa fictus Adam eſt, quaſi videlicet ager ille Damaſcenus ſit totius orbis vmbilicus. Græce homo Antropos dicitur iuxta Platonem ab ano quod eſt ſurſum, & athro aſpitio, q; os ſublime teneat, ſurſumq; aſpiciat. Poteſt dici ab humo: Et ab homonia, quod eſt concordia, quia homo eſt mundus quidam abbreuiatus iuxta Varronem. Dicitur item Adam quaſi rubens, quia vita eius in ſauguine eſt: Dam enim ſanguinis eſt, Vocatur item homo Is, ab Eſch quod eſt ignis, quia vita eius in calore eſt, Item vocatur Enos, quod obliuionem ſignificat. Quid ergo dixit eis?

C Caput. xvij. Reuertitur dominus a Hieruſalem in Bethaniam. Videt ficum infrugiferam, quæ ad verbum domini radicitus exaruit, id mirantes apoſtoli, audiunt: Habete fidem, & transferetis montes. Ponitur modus orandi, qui bene obſeruandus eſt.

DIxit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Hæc loquutus eſt Ieſus, & abijt, & abſcondit ſe ab eis. Sciendum q; ly, modicum, non eſt adiectiuum luminis, ſed eſt aduerbium temporis, ita enim eſt Græce. Eti micron chronon, ideſt adhuc puſillum tempus, lumen vobiſcum eſt hoc dixi, quia aliquis ſanctorum alter repo-
D ſuit, quem pro honore ſupprimimus. Reſpondet tacite ad duo quæſita. Dicens enim modico tempore, erit vobiſcum lumen; oſtendit q; cito erat moriturus. Vocans ſe ipſum lumen: oſtendit q; ſit æternus. Ioan. cap. 1. Lux itaq; magna erat Chriſtus mundo quandiu fuit in mundo, ipſe enim dixit: Ego ſum lux nõ vnius prouintiæ Iudææ, ſed lux qui illumino omnem hominem qui illuminatur in hoc mundo. Sed lux hæc magna breui auferenda erat ab eis iuxta pœnitentiam corporalem, primo per mortem & nouiſsime per aſſumptionem eius in ſancta, æterna redemptione inuenta. Hebr. 9. Prætermiſſo igitur eo de quo quæſierant, hortatur eos (ſiquidem id ſcire ſua non referebat) vt agnita cæcitate in qua diu verſati ſunt, boni conſulant oblatum munus cæleſte luminis æterni, quod præ ſe habebant, ne forte ſero ſapientes, dicant, ergo errauimus, & ſol iuſticiæ non illuxit nobis. Sapien. 1. Iſti tamen tenera nugantur, quia ſol iſte omnibus lucet, ſed non eos oculos aperiunt, niſi ad malum, iuxta Hieremiæ cap. 4. Ambulate igitur dum lucem habetis; ne forte occidat vobis ſol in meridie & ſero per-
B uenientes, audiatis: Amen dico vobis, neſcio vos. Matth. 25. Quid eſt autem ambulate, niſi credite? Qui enim non credit, toto cælo errat, quia & ſi videatur operari multa de genere bonorum, neſcit tamen quo tamen vadat, quia ſcopum ſibi nullum præfixit. Paulus autem ego inquit ſic curro non quaſi in incertum. Quem ergo ſequeris Paule? Scio cui credidi, qui & potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. 2. Timo. 1. Vnde dominus. Exponens quid ſit quod dixit: Ambulate dum Lucem habetis, intulit, dum lucem habetis coram, (ſeipſum intelligens) credite in lucem, & perſeuerate in curſu cum Paulo, cuius vox eſt. Non q; iam cœperim aut perfectus ſim, ſequor autem lumen illud quod illuminat omnem hominem, quia non recte curritur, ſi quo currendum eſt neſciatur. Qui autem in hoc mundo putat ſe comprehendiſſe inquit Auguſtinus iſte ante metam de via exit. Credite igitur, & perſeuerate amando, donec attingatis ſcopum, & filij Dei ſitis. Et quod præmium filiorum Dei? Scimus q; cum apparuerit: videbimus eum ſicuti eſt, 1. Ioan. 3. Hæc loquutus eſt Ieſus, & abſcondit ſe ab eis.

Ioan. 10.
Ioan. 1.
Amos. 5.
1. Cor. 9.
Philip. 3.
Auguſt.

RR iiij Non

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Non ab eis qui credant & diligebant, qui cum ramis ei obuiam venerant, non a Græcis qui eum videre ſumme deſiderabant, ſed ab eis qui videbant & inuidebant. Ceſsit furori eorum, quia obſtinata malitia ſermonibus non ſec[illegible]tur, non magis ꝙ ignis ſuperiecto oleo. Quod autem abſcondit ſe ab eis qui eum ad mortem quærebant, noſtræ infirmitati conſuluit, non ſuæ poteſtati derogauit. Et relictis illis & cir

Matth. 21. cunſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam, cum 12. Ibiq; di

Marci. 11. uerſatus eſt, & docebat eos de regno Dei. Intelligendum eſt inquit Hieronymus, ꝙ tantę fue-

Hierony. rit paupertatis dominus, & ita nulli adulatus eſt, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inuenerit manſionem, ſed in agro paruulo apud Lazarum ſororesq; eius habitaret, eorum quippe vicus Bethania eſt. Circunſpexit igitur turbam, num aliquis ibi eſſet bonus Zacchæus, apud quem illo die epularetur:

Lucę. 19. Nam Centuriones ibi multos fuiſſe non inficiaret, qui dicerent (ſed ironice,) Non ſum dignus vt intres

Matth. 8. ſub tectum meum. Abijt igitur ad amicum Lazarum (alter. Ego) ibiq; manſit nocte illa, & poſt cœnam,

Deut. 25. docebat ſuos de regno Dei, tanquam aquila ad volandum prouocans pullos ſuos, iterum atq; ſub inde

Gala. 4. eos parturiens, donec Chriſtus dominus perfecte formaretur in illis, iuxta ſententiam apoſto. Pauli. Et altera die cum exiret de Bethania mane reuertens in ciuitatem, eſurijt. Cunq; vidiſ-

Matth. 21. ſet a longe ficum ſecus viam, habentem folia, venit ad eam, ſiquid forte inueniret in

Marci. 11. ea. Siquid forte. Græce, 1, ara euresi ti: ſiquid inuenturus eſſet. Quorſum enim attinebat addere, forte cũ dominus plane ſperaret cibũ: aut certe volebat videri ſperare. Et cum veniſſet, nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum. Videor mihi videre alludere huic myſterio quod legimus. 2. Reg. cap. 23. Dauid in præſidio poſitus, deſiderauit aquam dicens, O ſiquis daret mihi potum aquę de ciſterna quæ eſt in Bethleem. Rogabimus enim virum hunc iuxta cor Dei, dicemusq;. Ita ne tu rex qui

Actu. 13. vina habes domi multa, eaq; quadragenaria, præpoſtera ſiti diſcutiaris, vt prægnantium more aquam aueas, eamq; nõ quamlibet, ſed e ciſterna Bethleem, quæ hoſtium vallata eſt præſidijs? Vidiſti ſitim irrationabilem in Dauid? Audi famẽ in tempeſtiuam in eo qui alias ieiunauit, 40. dies, & tandem eſurijt. Matth. 9. Mane inquit reuertens a Bethania in ciuitatem eſurijt. Et eſto eſuriret, qui dat eſcam pullis coruorum (Pſal. 146.) quid eſt quod præter temporis rationem, poma melimela vel muſtra requirit in arbore? Deinde ſi pomorum tempus eſſet (Demus enim hoc:) quæ culpa fici eſſet non habere poma, vt pro

Auguſt. hoc maledictione Chriſti ſtatim a radicibus areſceret? Hoc igitur factum inquit Auguſtinus, niſi myſtice accipiatur, ſtultum inuenitur, nihilo minus ꝙ in tempeſtiua ſitis ipſius Dauid. Sed quia ſignificabat, quærere ſe non ſolum folia ſed etiam fructum, ficum areſaciendo radicitus vbi folia tantum inuenit, ſignificauit eorum pœnam, qui loqui bona poſſunt, facere bona nolunt. Quid ergo ſequitur? Et reſpondens dixit illi. Neq; hoc vocat a myſterio, ꝙ ficum alloquitur, quaſi ratione vteretur, & ſicut olim alloquebatur Balaam aſinam ſuam, Num. 22. Quod autem dicit, & reſpondens, cum nihil ficus loquuta fuerit, mos eſt ſcripturæ ita loqui. Vide Lucæ cap. 14. In principio. Et Matth. cap. 21. in fine. Non amplius in æternum ex te quiſquam fructus manducet. Hieronymus. Non quia eſuriebat venit. Sicut enim volens mortuus eſt, ita voluntate eſurijt non neceſsitate, quia & ſi omnia tempus habeant, & ſuis ſpacijs tráſeant vniuerſa ſub ſole, creator omniũ non erat ſubiectus temporibus. Venit autem ad ficum propter diſcipulos. Quia enim vbiq; bene faciebat, nullum autem puniebat, oportebat & poteſtatis ſuæ

Hierony. in puniendo demonſtrationem oſtendere. Noluit autem in hominibus id experiri, ſed in planta, & ea om-

24. q. 5. cũ nium humidiſsima, vt hinc miraculum magis appareat. Quod dicit: in æternum ex te: Græce eſt, æona.

ergo. Eon autem ſęculum poteſt ſignificare vel æternum. Eſt igitur ficus Iudaica modo ſub maledicto, quandiu

Rom. 11. intrat plenitudo Gentium. Hæc ficus iuxta Hiere. cap. 24. aliquando protulit ficus bonas bonas valde, ſed hæ præ paucitate facile poterant numerari. Hunc autem ſi quas profert malæ ſunt imo & peſsimæ eo

Mich. 7. ꝙ comedi non poſsint, etiam ab eſuriente domino & dicente, ficus præ coquas deſiderauit anima mea. Et exponens quid intelligat nomine ficorum immaturarum, infert, perijt ſanctus de terra, & rectus in omnibus non eſt, in omnibus inquit nec vel vna ficus eſt, quæ mandi poſsit. Et rurſus Hiere. cap. 5. circuite vias Hieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius (vide quantam verborum exaggerationem) an inueniatis virum facientem iudicium: & propicius ero ei. Ei ero propitius ciuitati videlicet. In quo bone Chriſte? Erit cibus animæ meæ, manebit in me & ego in illo, benedictione mea dignus erit. Erit enim tanquam lignum plantatũ ſecus decurſus aquarum, &c. Pſal. 1. Erat decima dies menſis Martij quando hæc facta ſunt. Et tamen cum tempus fructuum non ad eſſet, maledictione mulctatur ficus. Iudicia enim Dei in comprehenſibilia ſunt. Deus nos tanquam peregrinos in hoc exilio relegauit, ipſe & fra-

Rom. 11. cia enim Dei in comprehenſibilia ſunt … gratia fecit, non natura. Ipſe nos morte peccantes mulctauit, ipſe nos morte ſua viuificauit. Ipſe iuſſit tres gratia fecit, non natura. Ipſe … tres … expoliari Aegyptios, ipſe dicit, tollenti pallium, dimitte tunicam, Matth. 5. Ipſe reddit peccata in tertiam & quartam generationem, Exo. 20. Ipſe dicit, remitte fratri vſq; ſepuagies ſepties. Matth. 18. Ipſe docet & præcipit pro inimicis orandum, ipſe dicit, ne aſſumas pro eis laudem, quia non te exaudiam. Hie-

Auguſt. re. 11. Ipſe dicit, Ammonites non intrabit eccleſiam in æternum, ipſe præcipit benefaciendum odientibus

Exo. 12. nos, Matth. 5. Ipſe dixit, oculum pro oculo, Exo. 21. ipſe præcipit vt paremus alteram maxillam. Ipſe li-

Matth. 5. gna colligentem in ſabbato, lapidibus obrui præcipit. Num. 15. Ipſe non ſemel ſabbatis curabat & languores.

Deut. 23. ciebat. Lucæ. 6. & 14. ipſe cor hominis dicitur indurare (Eſai. 63.) Ipſe dicit, auferam cor lapideum a vo-

Matth. 5. bis. ipſe dixit: Non veni pacem mittere, Matth. 10. ipſe dicit, pacem meam do vobis. Ioan. 14. [illegible] cum maledictione ſua areficit: qui alias virgam aridam germinare fecit. Num. cap. cap. 17. Dictum eſt Lucæ,

Ezech. 36. cap. 13. de altera ficu ſimiliter acarpa, quæ præce agricolæ neſcio cuius ſeruata eſt ab excidio & igne, cui nunquam extinguitur. Seruata eſt autem vt fructificaret, ꝙ quia non fecit, æterna maledictione mulcta-
tur. Vnde

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

tur. Vnde ſequitur. Et arefacta eſt continuo ficus. Et videntes diſcipuli (altera die videli-
cet) ficum aridam factam a radicibus: mirati ſunt dicentes, quomodo continuo aruit. Matth.21.
Marcus. Et recordatus Petrus, dixit ei. Rabbi ecce ficus cui maledixiſti, aruit. Conti-
nuo igitur exaruit ad verbum eius qui verbo ſuo cuncta creauit, & dixit, germinet terra, &c. Geneſ.1.
Idem videre licet in hædera ſiue cucurbita Ionæ: Quia ficus folia tantum producens, maledicitur, & hæ-
dera quæ nihil aliud pręſtabat quam vmbram, æſtu percuſſa exaruit. Ionæ.4. Synagoga igitur modo ſub ma Ionę.4.
ledicto eſt, quia inter iniquos poſuit eum qui eam plantarat a principio: vt vocaretur hortus concluſus,
fons ſignatus: & paradiſus delitiarum. Canti.4. Arida eſt, quia mandauit dominus nubibus, ne pluerent Eſai.5.
ſuper eam. Leproſa eſt, quia deſpuit dominus in faciem eius, id quod ſpecioſus forma præ filijs hominum
primum pertulit ab eis, ſicut longe ante prædixit Eſaias cap.50. Mirantur autem diſcipuli, & maxime Pe- Num.12.
A trus, quomodo ſynagoga cuius non caligauerant oculi (annoſa licet) dentes non fuerant moti, ſed valens ſynagoga.
ſenſibus dicente ad eam domino, aſcende in montem, & morere, mortua eſt, & terræ condita, & ſublata Deut.34.
e memoria hominum, (nemo enim ſcit ſepulchrum eius) tanquam ficus ſterilis. Hoc igitur miratur cum pri- Chryſoſt.
mis Petrus. Mirati ſunt autem apoſtoli iuxta Chryſoſtomum, quia & ſi multa maioraque miracula vide-
rant, nouum tamen atque inauditum hoc erat. Nunc quippe primum puniendi virtutem pręſe tulit, qua
propter non in alia ſed in hac humidiſsima planta hoc fecit, quæ vt videre licet naſcitur & coaleſcit in pa
rietibus omnino ſiccis & compactis ex calce & lapidibus. Illud obſeruandum hoc loco, ſicut dicit & Abu Abulenſ.
lenſis quod hunc locum de ficu arefacta diuerſo modo refertur a Matthæo & Marco. Et neceſſe eſt dicere quod
alter eorum fecit recapitulationem: cum ponant contrarium ordinem. Siquidem Matthæus hiſtoriam de
ficu ponit poſt euerſas menſas nummulariorum & cathedras vendentium columbas, Marcus poſita hiſto
ria de ficu, proſequitur quomodo dominus intrauit templum & eiecit nundinantes & cætera, ſicut habes
Marci.cap.11. Sequuti ergo ſumus ordinem Matthæi. Et patet. Et reſpondens Ieſus, ait, habete fi- Marci.11.
B dem Dei. Iuxta Marcum. Matthæus, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſi- Matth.21.
taueritis, non ſolum de ficu facietis: Marcus & Matthæus, ſed & ſi monti huic dixeritis:
tollere & iactare in mare ita fiet, Marcus, propterea dico vobis, omnia quæcunque orā-
tes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Eadem Matthæus in ſententia. Mar-
cus: Et cum ſtabitis ad orandum, Ex quo patet olim ſtantes orare ſolitos. Exod.17. Lucę cap.18.
dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter celeſtis dimittat vobis
peccata veſtra. Hæc ſententia, habete fidem Dei, eadem eſt cum illa quæ habetur Matth.17. de ſana-
tione lunatici, niſi quod illic dicitur, dicetis monti huic, tranſi, pro quo Lucas dicit, dicetis huic moro: Eradi-
care. Vide Lucę.17. vbi ponitur differentia inter fidem & fiduciam. Habent enim multi ſimplices in eccle-
ſia fidem: Cæterum de fiducia omnino non audierunt. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes
C petitis, ſi creditis vos accepturos, accipietis, ſi res fert, hoc eſt ſi ea petatis quæ conducunt ad ſalutem ani-
mę, alioqui dicit Iacobus, cap.4. petitis & non accepitis, eo quod male petatis, eo quod non conducentia peta-
tis. Dabit autem tempore oportuno, Alias autem iuxta Paulū Rom.8. quid oremus neſcimus. Marci.11.
Quidquid orantes petitis inquit. Oratione Bonifacij pueri bone in dolis vulpes depoſuit ab ore gallinam
quam a maternis edibus rapuerat, ac mortua eſt. Monachi oratione aqua aſcendit e profundiſsimo pu-
teo vt hauriri poſsit deinde in locum priſtinum deſcendit. Oratione. Ioannis Damaſceni ſibi manus reſti-
tuitur immaculata virgine intercedente pro eo quia imperator Theodoſius præcidi fecerat eam. Sed vide
quid ſequitur. Et cum ſtabitis ad orandum dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquem. Quæ ſententia de
ſumpta videtur ex Eccle.cap.28. Qui vindicari vult, a domino inueniet vindictam, & peccata illius ſer-
uans ſeruabit. Serua igitur tu conſeruo denarios centum, cōtorque, rape, conijce in carcerem donec non eſt
in ſoluendo, Matth.18. traderis & tu tortoribus, & mitteris in carcerem vbi nullus ordo, nulla clementia,
D nulla denique ſpes, quod malorum omnium maximum eſt, donec ſoluas decem milia talenta. Sequitur ex
eccleſiaſtico. Homo homini reſeruat iram, & adeo quęrit medelam. Quid eſt hoc monſtri? Tu tranſito Pſal.74.
ponte miſericordię, pręoccupas vada Iordanis, &c. Iudi.12. Scito igitur alterum tibi pontem tranſeundē, Matth.6.
alterum adeundem iudecem, qui nec prece nec muneribus flectitur: ſed iuſticias ipſas iudicabit: Cuius ſo-
lius iudicium eſt ſecundum veritatem. Rom.2. O ſecundum veritatem. Secundum quam veritatem? Cum
ſtatis inquit & componitis vos adoradum patrem veſtrum, clauſo oſtio, dimittite ſiquid habetis, dimit-
tite autem iuxta Matth cap.18. de cordibus veſtris. Alias vobis imponitis operam ludicris, nō exaudiam,
quia licet ore dicatis, dimiſi debitoribus meis, manus tamen veſtrę plenę ſunt ſanguine, cor veſtrum lō- Eſai.1.
ge eſt a me. Eſai.1. Dimittite igitur ex corde fratri veſtro centum denarios, & ſi ex corde dimiſeritis: hoc
eſt ſi vere & non duplici corde dimiſeritis: ſecundum huius iudicij veritatem & pater veſter dimittet vo- Fabula.
E bis veſtra decem milia talenta. Imponamus coronidem huic libro ſubſequenti exemplo. Bos Camelo cō-
ſeruo recuſanti ſeſe parte oneris ſubleuare, imo inquit paulo poſt & me ipſum & hęc omnia portabis, id
quod etiam euenit boue mortuo, nam & pellem eius cum onus Camelus ſimul cum proprio onere baiula-
re coactus eſt hoſpicium vſque. Bene igitur nobis cum agitur, ſi fratrum onera ſupportantes quę vix dena-
riorum ſunt centum, peccata noſtra onus graue Deus ab humeris noſtris deponat, vt deinceps incedamus
recti, alioqui deportandi in campos Babel (Zach.5.) qui altero nomine vocantur tenebrę exteriores. A-
uertat id deus optimus Maximus, qui peccata noſtra pro nobis pertulit in corpore ſuo ſimul cum ligno
crucis, vt ipſis mortui, iuſticię viuamus cuius liuore ſanati ſumus. 1. Petri cap.2.

❧ Liber octauus explicitur.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

## ¶ Liber nonus incipitur.

Caput. j. In qua poteſtate hæc facis, dicunt principes ſacerdotum Chriſto. Dominus opponit dicens: Baptiſma Ioãnis, dicite mihi vnde erat, quicum dicerẽt, neſcimus, dominus dixit, neq; ego dico vobis in qua poteſtate, &c. De duobus filijs quorum alter dixit: nolo ire in vineam, & tamen abijt, alter dixit: ibo, & non iuit. Quod publicani & meretrices præcedebant merito iſtos ſacerdotes & Iudæos, &c.

Matth. 21. Marci. 11. Lucæ. 20. ET cum veniſſet in templum: factum eſt in vna dierum docente illo populum, & euangelizante, acceſſerunt ad eum principes ſacerdotum & ſcribæ cum ſenioribus populi, dicentes. In qua poteſtate hæc facis, & quis tibi dedit hanc poteſtatem vt ita facias, dic nobis. Reſpondens Ieſus dixit. Interrogo vos & ego vnum ſermonem, quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat, de cęlo an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabant intra ſe dicentes. Si dixerimus, de cęlo, dicet nobis: Quare ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habent Ioannem ſicut prophetam. Et reſpondentes dixerunt. Neſcimus. Ait illis & ipſe. Nec ego dico vobis in qua poteſtate hęc facio. g

Matth. 22. Ingreſſo igitur templum ſuum angelo magni conſilij (Eſai. 9.) Vt prouintiam exornaret ſibi a patre traditam, hoc eſt vt doceret viam Dei in veritate quid credendum, amandum, operandum, timendum, & ſperandum ſit, omni homini qui deſiderio tenetur vitæ æternæ, d principes ſacerdum non ferentes eum in meſſem alienam falcem mittere, vt ipſis videbatur, & ipſorummet ſacerdotum præripere cathedras, coniurati cum quibuſdam e ſenioribus capularijs, ſenſu pueris, qui videbantur populum regere (quot capita tot ſenſus) adeunt dominum Chriſtum dicentes. De ſacerdotali familia genitus non es, ſenatus populusq; Romanus vel Cęſſar ipſe tibi hoc non donauit, cuius autoritate hæc præſumis? Cum enim nullus hominum illi tradidiſſet eam poteſtatem, vt nundinantes templo pelleret, ęs effunderet: cathedras euerteret, ſupererat, vt aut diceret, ſibi adeo patre traditam: aut a Belzebub. Si primum dixiſſet, nihil verius, ſed hoc nihil aliud eſſet q̃ ſuſcitate octipedes, non enim ideo interrogabant, vt agnita veritate crederent (Abſit) ſed vt calumniarentur, vt feneſtram ſibi aperirent accuſandi illum.

Rom. 13. Et ideo iuxta Hieronymum & Prouerbium, malo nodo arboris malus cuneus quærendus eſt. Itaq; quia omnis poteſtas adeo eſt, & ſcriptum eſt, Prouerb. 26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultiçiã ſuã, H

Hierony. quæſtionem quæſtione repulit, clauum clauo pellens. Rogabo vos inquit ego quiddam, id q̃ primum abſolueritis, tum & ego reſpondebo queſtioni mihi obiectæ, & interim apprehendam ſtultos ſapientes in aſtucia ſua. Baptiſma inquit Ioannis vnde erat? Ideſt aquo acceperat huiuſmodi poteſtatem Ioannes? Erat diuinum ſtatutum, an humana adinuentio? Neſcimus. Ex quo colligimus q̃ licet nobis cautelis vti contra ſubdolas vulpes. Actu. 23. Paulus dixit: Phariſæus ego ſum. Item actu. cap. 16. ne viderentur fugeſe noctu Paulus & Timothęus, quod cedebat in eorum dedecus, ipſi inquit veniant, ipſi nos eijciant. Inter malleum igitur & iucundem conſtituti filij tenebrarum, deliberabant inter ſe, videntes queſtionem bicornem, & gladium vtrunq; incidentem. Aut inquiunt conuincemur incredulitatis, qui baptiſmo cæleſti conſecrari refugimus, aut ſi dicamus baptiſma illud humano adinuentum commento, quo populo imponeret, metuenda eſt nobis populi ſeditio. Perſuaſum enim erat apud populum, Ioannem prophetã fuiſſe. Inuentum eſt paratum remedium quo vulpes euaderent, quo vtrunq; in comodum euitarent; Silentium I

Prouer. 17. videlicet. Stultus autem ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Neſcimus inquiunt. Et tamẽ egregie mentiti ſunt, nam multi ex Phariſęis & Sadducęis venerunt ad Ioannem, vt baptizarentur ab eo. Matth. cap. 3. Conſequens autem erat vt & Chriſtus diceret, neq; ego ſcio in qua poteſtate hæc facio, ſed mentiri veritas neſcit. Ait autem: Neq; ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. Ex quo oſtendit, & illos ſcire, ſed reſpondere nolle, & ſe noſſe, & ideo non dicere, quia illi quod ſciunt tacent, atq; ita impletum eſt illud Prouer-

Prouerbiũ bij. Nonacula in cotem, dici ſolitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant. Neque nouacula poteſt in comodius cadere, q̃ ſi in cotem incurrat. Alias ſicut nouacula dolum machinati fuerant. Pſal. 51.

Canti. 2. Capite inquit nobis vulpes paruulas ſubdolas, quæ demoliuntur vineas. Auguſtinus.

Auguſt. Vulpes ſolent habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, ex altera, ſi res ferat, exeant. Itaq; ad vtrunque foramen noſter Samſon retia poſuit. Vulpes autem quæ plenam dolis ſecum ferunt manticam, manendum ſibi pro tunc intra foueam vtile duxerunt, præſentientes & hac & illac tenſa eſſe ſibi retia, quibus illaquearentur. K Cum ergo dixit dominus, neq; ego dico vobis, in qua poteſtate, &c. Confirmauit facto quod verbo docuerat dicens, nolite ſanctum dare canibus. Matth. 7. Neq; digni erant qui veritatem audirent, qui ſubdole interregabant eam, vt qui in ſordibus erant, ſordeſcerent adhuc: Sicut ſcriptum eſt, appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſticiam tuam. Prima iniquitas eſt domino non crediddiſſe, ſecunda iniquitas dominum ad crucem poſtulaſſe, tuliſſe clauem ſcientiæ, ipſos non introiſſe. i. non credidiſſe, & alios ne crederent, dementaſſe. Hęc eſt autem iuſtitia de qua dicit, non intrent in iuſticiam tuam. i. in gratiam euangelij, a qua excluſi ſunt propter ſuam cæcitatem, de qua dicunt: Neſcimus, nam ſi verum dixerunt; Neſcimus, quare neſcierunt, cum doceri potuiſſent hanc quæſtionem ab ipſo

Apoc. vlt. Pſal. 68. Lucæ. 11.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ipſo Ioanne Baptiſta? Quomodo igitur ſimplex interrogatio elicere non potuit veritatem ab ore vulpiũ
iſtarum duodecim artium, alia via aggreſſus eſt dominus, vt vel imprudentes, inuiti vel volentes foras
exirent & caperentur, propoſita ſubſequenti ſimilitudine. Quid autem vobis videtur: homo Math. 21.
quidam habuit duos filios, & accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operari in
vineam meam. Ille autem reſpondit, nolo. Poſtea autem pœnitẽtia motus, abijt. Ac-
cedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondit, eo domine, & non iuit.
Quis ex duobus iſtis fecit voluntatem patris? Dicunt. primus. Dicit eis Ieſus: Dico
vobis, ꝙ publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei. Venit autẽ ad vos Io-
annes in via iuſticiæ, & non credidiſtis ei. Publicani & meretrices crediderunt ei.
Vos autem videntes, nec pœnitentiam habuiſtis poſtea vt crederetis ei. De his duo-
A bus filijs dictum eſt Lucæ.15. Quis eſt autem qui dixit: Nolo, & tamen pœnitencia ductus: Iuit? Is qui ac-
cepta parte ſubſtantiæ, abijt quo eum voluntas pariter & voluptas tulit, & breui omnibus dilapidatis,
fame coactus, redijt ad vineæ culturam, vt acciperet vel mercenariorum demenſum cibum, qui apud ſues, Exo. 32.
fame valida laborabat. Audiamus autem & vocem alterius, verbis dumtaxat deſudantem in vinea, elu-
dentem patrem. Ecce tot annis ſeruio tibi & mandatum tuum (o inſigne ac prodigioſum mendatium, vn
de vero ille voces, iſti ſunt dij tui Iſrael.) vnquam præteriui. Et rurſus Exo.24. Omnia quæcunq; præcipit
dominus faciemus, & obedientes erimus. Hæc eſt profeſsio eorum redacta in ſcriptis, & ſignata titulis
duodecim ſcripta ſanguine vitulorum.12. Et ſi placet audire tertium teſtem, lege Ioſue cap.24. Abſit in-
quiunt a nobis, vt relinquamus dominum, & ſeruiamus dijs alienis, alterutrius enim iſtorum electionem
edit ei Ioſue. Et rurſus, ſeruiemus igitur domino, quia ipſe eſt deus noſter. Et tertio: Nequaquam ita vt
loqueris, ſed domino ſeruiemus. Et quarto, domino Deo noſtro (inquiunt) ſeruiemus & obedientes eri-
mus. Et hanc profeſsionem rurſus Ioſue ſcripſit in volumine legis domini, & lapidem per grandem ſta-
B tuit in teſtem. Habes igitur filium dicentem: eo domine. Quoniam autem re pręſtiterint, quæ tam ma-
gnifice promiſerunt, ipſi ſunt rogandi, & vt de cæteris tacem, vitulus fuſus, & tabulæ confractæ a Moſe, Iudic.
Exo.32. & liber conſcriptus a Moſe & poſitus in latere arcæ teſtamenti, teſtimonio ſunt contra Iudæos, Deut.31.
ſicut dixit ad eos Moſes. Ego ſcio contentionem tuam & ceruicem duriſsimam, adhuc me viuente, & in
grediente vobiſcum, quanto magis cum mortuus fuero: Et iſti ſunt qui dixerunt, ibo in vineam Quis igi-
tur ex his duobus fecit voluntatem patris? Magna eſt fiducia: vbi aduerſario ipſi cauſa committitur. Pri-
mus inquiunt. Ecce vulpes libera fronte egreſſæ e cauernis ſuis: comprehenſæ ſunt, quia non cauerunt
angnem deliteſcentem in herba. Amen dico vobis, publicani & meretrices, &c. Publicanos poſuit pro
quouis genere delinquentium, meretrices pro fœminis. Nam hominum eſt negociari, fœminarum ociari,
Vnde maxime fornicatio naſcitur. Cum autem audis præcedunt vos, non intelligas ꝙ illi ſequuturi ſint,
C quin potius proijcientur in tenebras exteriores: Quare? Quia cum veritatem ſcirent, pro infidelitatem
ſuam, de cælo eſſe Ioannis Baptiſma neſcierunt, & per duritiam cordis, verbis tantum dicto parentis ſui
obſequentes fuerunt. Quis autem non malit, negari ſibi id quod poſcat, dum modo quod poſcit, fiat, ꝙ Hilarius
non fieri, quod ſpondetur vt fiat, cum facti effectus ex deſperatione ſit gratior, ſpes autem deſtituta plus
doleat? Theſaurus inquit carbones erant. Prouerbium natum videtur ab euentu quodam, quo quiſpiam Prouerb.
theſauri ſpe concepta ex ſomnio, fodiens carbones defoſſos inuenit: eaq; res in riſum vulgi ſermone abijt.
Nam antiquitas carbones in terra de fodi ſolebant ad iudicandos agrorum terminos, propterea ꝙ iuxta
Auguſtinum in de ciuitate Dei nulla res durabilior magisq; perpetua ꝙ carbones ſub terra defoſsi. Cõ-
petit in eos qui magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Præcedunt ergo vos publicani, pro-
agũn: Significat enim illos & illas promptiores eſſe ad accipiendam euangelij doctrinam, illis interim di Prouerb.
centibus, vos diſcipuli eius ſitis: Nos Moſen moribus pre nos ferimus, nec tam ouum ouo ſimile. Erant
D igitur iſti boni verbis quidem Catones & ſingulares vnicornes, quia non erant ſicut cæteri, factis autem
nec ipſas meretrices poterant imitari, quas ipſi nudius tertius multa intercapedine ante vertebant, ſed re- Luce. 7.
miſſa ſunt eis peccata multa quoniam dilexerunt multum. Ita ſublatis huiuſmodi remoris, quæ eas remo-
rabantur a ſequella Chriſti, & aſſumptis pennis columbarum, facile anteuerterunt in curſu ipſos princi-
pes ſacerdotum & ſeniores populi, qui ſe putabant iam conſcriptos in albo cęli. Venit enim ad vos Ioã- Matth.17.
nes in via iuſticię, & non credatis ei, dicentes: Dęmonium habet. Quare: Quia factus eſt vobis in tradu-
ctionem cogitationum veſtrarum, vnde grauis erat vobis ad videndum, quoniam valde diſsimilis erat Sap. 4.
vita eius a vijs veſtris. Sapien.2. Et ille quidem conſummatus in breui, expleuit tempora multa, & nunc Chryſoſt.
mortuus condemnat Vitam veſtram, qui nec meretrices imitari poteſtis. Siquidem iuxta Chryſo. Nihil
impoſsibilius ꝙ eum corrigere, qui ſcit omnia, & tamen cõtemnens bonum, diligit malum. Omnia enim
E quę ſunt in ſcripturis propter meditationem frequentem, ante oculos ſuos inueterata & vilia extiman-
tur, ſint licet mannate dulciora. Nam & vitula docta diligit trituram quę prius vix poterat cõtineri ſub Idem.
iugo. Oſee.10. Chryſo. Quis aliquando vidit ſacerdotem in ſcelere deprehenſum, humiliari in cinere & ci- 2.Reg.12.
licio, diceretq; cum Dauid: peccaui domino? Nam & ſi deprehenſus humilietur, non ideo dolet, ꝙ peccauit,
ſed confunditur quia perdidit ſacerdotij gloriam. Audi Hieremiam cap.2. Sicut confunditur fur quando de Hierony.
prehenditur, ſic confuſi ſunt reges Iſrael, principes & ſacerdotes eorum. Hieronymus. Quamuis ſit impu-
dens & procax vultus furantium, tamen erubeſcit cum fuerit deprehenſus. Rubor vultus pudoris iudiciũ
eſt, & conſcientia peccatorum lucet in facie, ſpeſq; ſalutis eſt, quando delictum ſequitur verecundia (ſed
non ea quę in latronibus reperitur?) quę tamen lac gallinaceum eſt (vt prędicitur de mete Chryſoſtomi)
& maxime in ſacerdotibus vel regularibus, poſtquam ſemel frontem poluerunt velut meretrices. Nam

alioqui

...ervado de EL COLEGIO de JALISCO

alioqui putas, ꝙ dominus velut crudelis clericis pœnitentiam denegauerit, dicens, ſi ſal deſipuerit, quo
Prouerb. alio ſale ſalietur? Matth. 5. Non re uera. Sed quaſi naturale eſſe conſiderans, ꝙ non eſt qui doceat illum errantem, qui dux videbatur eſſe cæcorum. Quis enim Argus licet, lumen audeat mutuare ſoli? Sus Mineruam.

Caput. ij. De iudice iniquo exorato tamen aſſidua prece viduæ. Dominus veniens: vtrumnam inueniet fidem ſuper terram. De Phariſæo & publicano aſcẽdentibus in templum vt orarent, & quid vterꝗ orauerit, & quem fructum reportauerit ex oratione.

DIcebat autem & parabolam ad illos, in hoc ꝙ oportet ſemper ora-
Luce. 18. re, & non deficere vel defatigari, dicens. Iudex quidam erat in ciuitate quadam, qui deum non timebat, & hominem non reuerebatur. F
Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduerſario meo, & nolebat ad tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe. Et ſi deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo eam, ne in nouiſſimo veniens ſuggillet me. Deroget, vituperet, traducat, infamet. Budæus. Sugillare propriȩ de facie dicitur: cum contuſa facies liuidis maculis dehoneſtata eſt. Metaphorice pro inuſta infamiæ nota ponitur. S. Bonauentura. Sugillo dicitur a verbo ſu-
Gregorius go, tractum a Lamijs, quæ paruulos occidunt, & ſanguinem ſugunt, ac per hoc ſuffocant. Sicut dicit Gregorius ſuper Exo. cap. 14. Voces apud aures Dei non faciunt verba noſtra ſed deſideria. Aeternam enim vitam ſi ore petimus, nec corde deſideramus, loquendo tacemus. Si vero corde deſideramus, tacendo clamamus. Pro inde tacenti Moſi dominus dicit: quid clamas ad me? In deſiderio enim clamor ſecretus non G
peruenit ad aures humanas, diuinas autem replet. Quo contra Iudæis clamantibus ore tenus tantum, non exaudiam inquit, etiam ſi centies clametis, domine domine aperi nobis, etiam ſi vos incidatis lan-
3. Reg. 18. ceolis. Opponam enim nubem, ne tranſeat oratio veſtra. Treno. 3. Preces autem pupilli non deſpiciet. Nec viduam, ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ a maxilla deſcendunt? Et dominus
Eccle. 35. exauditor, non delectabitur in illis? Oratio enim humiliantis ſe nubes penetrabit: & donec propinquet nõ
Luce. 11. conſolabitur, & non diſcedet, donec altiſsimus aſpiciat. Hoc eſt igitur quod dicit dominus, oportet tandiu orare: donec improbitate noſtra extorqueamus non tantum tres panes: ſed quot quot habemus, &c. Hęc enim ſola pugnabat contra Amalech, quia Moſe deſinente a prece, populus in fugam vertebatur. Perſeuerante autem Moſe in prece, ſedendo licet (magnum myſterium) tandem reportauit de hoſte vi-
Figura. ctoriam idem habes in Ioſue, qui ad vnam preculam ſtare fecit Solem & Lunam rem admodum prodi-
Ioſue. 10. gioſam, non ob aliud, niſi vt plenam victoriam reportaret de hoſtibus, obediente Deo (magnum ſacra- H
mentum) voci vnius hominis, vt intelligas ꝙ oratio cum plena fide & importuna, non tantum montes transfert, quin & ſolem ſiſtit, & dominum maieſtatis inclinat, vt morem gerat ſeruo ſuo. Nam alias ora-
Eſai. 3. tione Ezechiæ Sol retroceſsit lineis decem. Quin & Helias voce ſua cælum clauſit annis tribus, ſicut habes. 3. Reg. cap. 17. Iacobi cap. 5. Hoc igitur dominus explicat ſubſequenti ſimilitudinem de iudice qui nec deum timebat, &c. adeo ſui iuris erat, & omnem poſuerat frontem. Sabellicus Fuit Arithpertus rex tam tenax iuſtitiæ, & iniuſtitiæ tuende tam cupidus, vt ignoto habitu interdum per vrbes ſui imperij & oppida vagaretur ſciſcitabundus, quid de ſe & ſuis iudicibus populi loquerentur, tam & ſi regnum ſibi perſcelus quæſierat, comperti regis filio interfecto. Budęus. Theſmothetę iudices animi apud Athenienſes cum
Sabellicus eligebantur, de omni retrorſus acta vita cauſam dicere ſolebant, iudiciorumꝗ aleam ſubire. Quod ſi nec ſic quidem vllam dedecoris labem perpetua innocentia contraxiſſe videbantur, tum demum ad magiſtra- I
tum illum aſſumebantur Deinde anno vertente magiſtratus geſti denuo cauſam dicentes, ſi tum quoque innocentes vſquequaꝗ apparuiſſent, ad Areopagiticum conſiliũ conſcribebantur. Areopagus promõtorium erat Athenis, in quo iudicia necis ferro factȩ exercerentur, vulneris conſulto illati, & incendij, & veneficij dum taxat exitiabilis Theſmothetarum numerus ſex vel nouem: Areopagitarum incertus nume-
Tullius. rus. Ad hęc Tullius. Non intelligo inquit, cur qui ſententiam pecunia corrumpit, pœna dignus ſit, qui vero eloquentia, laudem ferat. Sed iudex iſte iniquus non pecunia corruptus eſt a vidua quæ nudior erat paxillo, non prece flexus eſt: quippe qui inexorabilis erat velut Atropos: ſed ne me inquit traducat in po-
Cato. pulo. O ſuperi tales auertite peſtes. Refert Plutar de Catone vticenſi, qui cum in quadam cauſa iudex deſignatus eſſet, nullus reorum iudicem habere volebat eum, & tamen rejcere formidabant. Nam multi eo ipſo condemnati ſunt, ꝙ Catonem rejciendo: non ſatis confiſi ſuę innocentię videbantur. Multis etiam K
in magni opprobrij partem obijciebatur, ꝙ Catonem iudicem oblatum recipere noluiſſent. Sed obſerua ꝙ horum Catonum vix par vnum Roma mater peperit inter tot monſtra, qui nec deum nec homines ve-
Auguſt. rebantur, quorum e numero erat Appius Claudius, referente Auguſtino poſt Oroſium & Dionyſium hali. qui cum arderet libidine in filiam cuiuſdam plebei militis, qui abſens erat ab vrbe in exercitu, vt eã haberet facilius: Cuidam clienti perſuaſit, vt eam in iuditio peteret, probaturus ꝙ ancilla ſua eſſet, vt ſic clienti adiudicata, veniret in poteſtatem ſuam. Ipſe vero Appius conſul iudex erat in hac tam impia cau[…]la, qui abſente patre, adiudicauit clienti puellam, tãquam ipſius eſſet ancilla. Pater puellę virginius erat. Veniens pater, & prolata ſententia, pater deoſculatus filiam, quę alteri adiudicata erat in ancillam, & paulatim ſubtrahens a tumultu, quaſi valediturus ei, cum eſſet prope tabernam lanij cuiuſdam, arreptum cultella

El Colegio de Jalisco

e menſa eius cultrum, per viſcera exegit filiæ, hoc tantum dicens. Liberam te & honeſtam filia ad Manes
progenitorum mitto: Nam viuenti, neutro horum per Tyrannum iudicem potiundum erat. Iudex Ap-
pius accuſatus a populo, laqueo ſeſe necauit in carcere. Habes ad vnguem deliniatū iudicem qui nec deū
timebat, vim inferre volens virgini, nec homines verebatur, tam impudenter iudicans contra veritatem.
Claudius imperator iuuenem corruptibilis adulterijsq; famoſum: ita dimiſit vt diceret, vt aut parcius æta- Claudius.
tulæ indulgeret, aut certe cautius. Addiditq;. Quare enim ego ſcio quam amicam habeas. O clementiæ
ſummam, cæteris imitandam iudicibus, qui deum timent & homines verentur. Nam & illud omnem fi-
dem excedit, ꝙ nuptijs quas Meſſalina vxor ſua Auguſta cum adultero Silio fecerat (qui & ipſe vxorem
ſuperſtitem habebat) tabellas dotis & ipſe conſignauerit, tantus imperator. Confer Appium illum huic
Claudio. Ille puellam liberam ſibi adiudicauit in ſcortum & ancillam: Iſte iuri ſuo cedens, ſed imperator
erat cui licebat quod libuiſſet, in proprio adulterio ſubſcripſit. Habes igitur par alterum Catonum an po-
A tius nebulonum. Themiſtocles aliquando arbiter inter duos electus. Cum alter vt ipſum in aduerſarium Themiſt.
magis ac magis afficeret, extra cauſam pleraq; illius in Ariſtidem maledicta recenſeret, hæc miſſa facia-
mus ait: Tu vero bone vir, ſiquid in te commiſit explica, quoniam in præſentia tibi, non mihi iuditium
exerceo. Hæc ille. Sed audi ſequentia. Iſte facilitatis artibus inſtructus, adeo grandem ac popularem po-
tentiam eſt aſſequutus, vt cuipiam eum ad monenti, optimo iure principem Athenienſium futurum, ſi cū- Idem.
ctis æqualis & communis eſſet (quis eſt hic & laudabimus eum?) reſdonderit: Nunq̃ profecto ea in ſede Eccle. 31.
ſedere ſtatuiſſem, ex qua mei ſtudioſi nihil amplius a me q̃ alieni habituri eſſent. Vides quantæ molis eſt Ezech. 1.
iudicem vnum inuenire totum oculatum ante & retro, qui iuxta Paulum. Prouideat bona ante deum & 2. Cor. 8.
homines? Si igitur iudex iniquus tædio victus ac improbitate precum, & vt tædio careret deprecantis, &
ne toties ſpreta vidua, notam aliquam inureret famæ eius (qui tamen homines non verebatur, quā no-
tam timebat?) eam iam tandem audiuit, & vindicauit de aduerſario: deus non audiet eccleſiam ſuā, quā
hortatur vt aſsidua prece (Altera Dalila) flectat iudicem oportune importune orando? Non enim time- 3. Reg. 18.
B mus ne ferat moleſte noſtram improbitatem, ſi excitemus dormientem in naui ſuper ceruical. Marci. 4.
Non enim eſt de numero eorum de quibus ſcriptum eſt, clamate clamate voce maiore, quia forſitan dor-
mit, &c. Quod autem dicit vidua, vindica me, iuxta Fabrum, non vindictam expetit bona vidua, ſed Fabrum.
protectionem ab aduerſario, & erui ab illo. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniqui-
tatis dixit. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe
die ac nocte: & patientiam habebit in vel ſuper illis: Dico vobis ꝙ cito faciet vindi-
ctam illorum. Si iudex iniquus qui prouidentiam negabat in rebus humanis, qui totam prouinciam
tyrannide ſibi ſubiecerat exorari potuit tamen aſsidua vnius mulieris prece: deus natura iuſtus & bonus Cap. 27.
mutabitur nobis in crudelem, & fiet adamas iuxta Eſaiam aut ſilex? Et lento animo ſinet populum ſuum
flagellis cædi adicentibus, vacatis ocio? Exod. 5. Amen dico vobis, feſtinus veniet, & ardens furor eius
C (Eſai. 30.) & grauis ad portandum, & vna quidem nocte occidet omne primogenitum in terra Aegypti Exod. 12.
& nocte tertia currus & exercitum Pharaonis, vt ne vnus quidem remaneat. Exo. 14. Et alias vna nocte
185. milia ex exercitu Sennacherib. Eſai. 37. Et ignem pluet de cælo ſulphuri mixtam ſuper Pentapolim.
Gene. 19. Cito inquit faciet vindictam. Vigilat enim virga Dei, impiorum peccata conſiderans, donec Hiere. 1.
impleant menſuram ſuam ſicut Sodomitæ. Deus inquit non faciet vindictam viduæ huius: cuius die ac
nocte pupilla non tacet? Trenorum. 2. Quomodo autem ſancti ſub altare Dei vindictā clament, & apud Apoca. 6.
Hieremiā legimus, duplici contritione contere eos, cap. 17. Et illud eiuſdem: Ne propitieris iniquitati illo-
rum, cap. 18. Et illud lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Cum deus orandum pro inimicis pręcipiat, Pſal. 57.
dubium eſt. Sed vna ad pręſens ſolutione ſimus contenti: Zelo iuſticię id dixerunt, non amore vindictę.
Vnde illud: percutiat te deus paries dealbate. Actu cap. 23. Sic Helias occidit ſacerdotes Baal, qui obſta-
D bant quo minus pluuia deſcenderet. 3. Reg. 18. Cęterum ꝙ Ionas volebat ciuitatem illam grandem fundi-
tus interire, non Zelo ducebatur iuſticię: (Iam enim pœnitentia ante verterant iram Dei) ſed ne propheta Figura.
mendatij incuſaretur apud ſuos. Dominus autem irrationabilem iram eius correxit dicens. Putas ꝙ bene
iraſceris de are facta hędera? Et times ne pręedicator mendax inueniaris. Sed vide ꝙ magis ego mendax
appareo, qui te cum huiuſmodi mandatis miſi. Intellige autem ꝙ qui propter decem iuſtos parcebam vni
ciuitati, an forte ciuitatibus quinq;, multo id magis facturus fuero propter. 120. milia innocentes, *qui ne-* *Gene. 18.*
*ſciunt* differentiam boni & mali. Illud autem inſigne eſt bonitatis Dei, ꝙ parcit hominibus *propter iumē-*
ta: ſicut ſequitur. Sunt & ibi iumenta multa. Quare & iumentis parcis? Quia & ipſe *ieiunauerūt*. Ione. 3.
Ad hęc Plutar. De his qui tarde corriguntur adeo. Iam pridem indignabar, cum *Euripidem dicentem au-* Plutarch.
direm, cunctatur, talis eſt enim numinis natura. Siquidem vlla in re, minime tamen in *prauorum* animad-
uerſione ſegnem eſſe deum decet, vt pote qui in perpetrandis ſceleribus *minime* tardi ſeu cunctatores ex-
E iſtant, ſed vehementi impetu (veluti equi in bellum precipites. Hiere. 8.) ab affectionibus ad iniquitates
ferantur, ſicut legis de Saulo in Actis. cap. 9. In principio. Nam iniuriarum repulſio cum animi perturba-
tiones admodum ſunt propinquę, confeſtim ſceleratis delinquendi *viam* obſtruit & inhibet, ne longius
malicia procedere auſit, pariterq; lęſis maximum pręebet ſolacium. Ita *Dixit* Dauid, lętabitur iuſtus: cum
viderit vindictam. Pſal. 57. Vnde mihi *Biantis* dictum recolenti, ſępius turbatur animus, inquit Plutar-
chus. Nam ad ſceleſtum quendam dixiſſe fertur, ſe haud vereri, quin aliquando pœnas lueret, & ſi ipſe
amplius ſuperſtes non eſſet. Nam (inquit) tarditas prouidentię fidem adimit, ſicut dicebat Habacub.
cap. 1. Quare taces, impio conculcante iuſtiorem ſe? Verum illud ſcire te velim, ꝙ impijs & tyrannis ſem-
per ira Dei feſtina videtur, nunquam ſera. Dicant enim illud, veniſti ante tempus torquere nos. Matth. 8.

Certe

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Certe vel ſero ſceleratis immolares incident deorum. Sed cum ſint multæ leges apud mortales inquit Plu-
Plutarch. tar. quarum ratio nulla reddi poteſt, quid mirum cum res humanę ita caligent, ſi haud facile nobis de deo
loqui concedatur, qua ratione ductus ex ſceleratis hos ſerius (ſicut Cain) illos vero plectat corripiatque
nulla præſtita mora ad pœnitentiam, ſicut Ozam. 2. Reg. 6. Et prophetam ſeductum. 3. Reg. 13. Qua pro-
pter ſi tarde & lente illum impios corripere videmus, non ideo accidit, quoniam ob properam animad-
uerſionis celeritatem erroris vel pœnitentiæ crimen vereatur, ſed vt a nobis feritatem ac vindictæ impe-
tum auferat, doceatq; non ira accenſos ad vindictam armari, & hoc quandiu ſpes ſalutis eſt. Et putes lo-
Plutarch. qui non Plutarchum ſed apoſtolum Paulum. Cambyſes ſimul atq; in ędes Amaſis ingreſſus eſt, qui con-
Cābyſes. tra eum bellum mouerat, imperauit corpus vita functi q̄ primum e conditorio aſferri: deinde prolatum
verberibus cædi ac vellicari, & ſtimulis pungi, omni denicq; contumelia infeſtari. Poſtq; vero illuſores de
fatigati ſunt, nam cadauer vt pote ſalitum reſiſtebat, neq; quicquam omnino elidebatur, iuſsit cremari, F
Plinius. adeo furioſa iræ rabies modum neſcit. Dicit autem Plinius lib. 2. cap. 7. Deus curam agere rerum humana-
rum credi ex vſu vitæ poteſt, pœnasq; maleficijs aliquando ſeras, occupato Deo in tanta mole, nunquam
autem irritas eſſe. Neq; enim ideo proximum illi genitum hominem, vt vilitate iuxta belluas eſſet. Hæc
ſententia aurea eſt, vno verbo excepto (eoq; impio) occupato Deo in tanta mole. Neque enim deus mi-
nus intentus eſt erga omnes quam erga ſingulos, quia de vno quoq; noſtrum dixit per prophetam, qui
Zach. 2. tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Et rurſus, capilli capitis veſtri omnes dinumerati ſunt. Et nunc in
Matth. 10. præſentiarum; cito faciet vindictam electorum ſuorum. Quod ſi aliquando ſerus venit, non eſt q̄ occu-
Quintil. patus ſit in tanta rerum mole, ſed quia iuxta Quintilianum, princeps qui vult omnia ſcire, debet ad multa
conuincere, & dicere cum propheta, Eſai. 57. Ego quaſi tacens, & non videns. Et rurſus, hęc feciſti, & ta-
Hierony. cui. Pſal. 49. Vide ne aliquando vt parturiens loquar. Eſai. 42. Hieronymus. Diu vos delinquentes ſæpe
portaui, ſed non vltra tacebo, ſed admodum parturientis dolorem meum oſtendam, & diſsimulationem
quam diu celaui. Alioqui nec eccleſia haberet Petrum, non haberet Paulum: Non ſanctum Dauid, &c. G
Omnes enim peccauerunt, & eguerunt ope Samaritano, de quo Lucæ. cap. 10. & Ioan. cap. 8. Verum-
tamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem ſuper terram? Hoc eſt quod dicit Pe-
trus. 2. cap. 3. Scitote q̄ venient in nouiſsimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcen-
tias ambulantes, & dicentes, vbi eſt promiſsio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia
ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Sed non lateat vos, q̄ vnus dies apud dominum, ſicut mille anni, &
mille anni ſicut vnus dies. Non tardat deus promiſsionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter
agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Alioqui veniet dominus tan-
quam fur, & ſerus licet, multi tamen feſtinus veniſſe videbitur. Sed quia ex mille quibus bonitas Dei tē-
Lucę. 15. pus dedit ad pœnitentiam, vix vnus aut alter inuenitur, qui dicat, ſurgam & ibo ad patrem meum, & di-
cam ei, pater peccaui, ſed omnes ducunt in bonis dies ſuos (Iob. 21.) & deinceps lætantur cum malefece-
Eſai. 56. rint, (Prouerb. 2.) & ſe ipſos cotidie vincunt in perpetrandis ſceleribus dicentes, venite ſumamus vinum, H
& impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius, veniens (inquit veritas) filius ho-
minis tanquam fur, vt faciat vindictam electorum ſuorum, num inueniet vnum aliquem ſeruum ſuper
terram, qui præcinctis lumbis & lucerna accenſa præſtoletur aduentum domini ſui? Lucæ. 12. cap. Dixit
autem & ad quoſdam qui in ſe confidebant, tanquam iuſti eſſent, & aſpernabantur cæ-
teros, parabolam iſtam dicens. Sentit Chriſtus illos ſibi tribuiſſe iuſtitiam, & hac opinione fretos,
cæteros deſpexiſſe mortales. Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent vnus Pha-
riſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat. Deus gratias tibi
ago, q̄ non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic pu-
blicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Tandem aſpirante
fortuna, propitijs dijs, qui miſerati ſunt labores noſtros, magnum nobis diuinæ pietatis munus allatum
eſt. Ecce enim quantus theſaurus latebat in terris nobis incognitus, niſi ipſum ipſe ſe proderet. Tertius de I
cælo cecidit Cato. Monſtrum horrendum ingens, homo in terris viſus eſt (alter lucifer) qui nihil habet
commune cum cæteris. O hominem ſupra homines viuentem, & non vt diximus tertius Cato, ſed vni-
cus: non enim erat ſicut cæteri homines, ſicut cæteri Catones. Quales erant cæteri? De Catone Vticenſi
Cicero. Ciceronem dicere ſolitum accepimus, conſulatu caruiſſe, q̄ in Romuli republica viueret, quemadmodū
Cato. fuerat in Platonis policia viuendum. Mihi vero (inquit Plutarchus) idem Catoni quod intempeſtiuis &
extra naturæ legem naſcentibus pomis contigiſſe videtur, quæ non tam libenter homines comedere, q̄ ad-
mirari & iucunde conſpicere ſolent. Sic priſca illa Catonis iamq; obſoleta & alte nimium repetita viuē-
di forma inter perditos ſui ſæculi mores excellens, admirationem habuit illa quidem & gloriam ſingularē,
fructum vero & vtilitatem minime certe parem. Eius enim virtus celſa nimium eminensq; haud vllo po-
tuit cum eiuſce tempeſtatis proſtratis moribus adæquari. Quæ omnia ad amuſim congruunt noſtro vni- K
co, vnico vnicorni, vnico Catoni. Hæc autem præfati ſumus, vt cum cenſorius Cato loqui cœperit, dijs
ipſi de iuſticia vt negotium facceſſat, homines autem cenſoria virga notaturus, dicens, velut etiam hic pu-
2. Cor. 10. blicanus, aures prę̄ſtetis attentas tanto buccinatori (alteri libenter) meritorum ſuorum tauro ſycophantæ
verrucarum proximi: verumtamen ſi Paulo credimus, non qui ſe ipſum commendat ille probatus eſt, di-
Dani. 3. camus nos aliquid audatius, qui ſe ipſum commendat ille reprobatus eſt. Quo vnico verbi gladio decuſſa
eſt ad terram ſtatua illa cubitorum. 60. noſtri Catonis cenſorij, ſiue vticenſis, & lapis paruus (Publica-
nus videlicet) creuit in montem altum: quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur & cætera. Sed ad rem. Di-
cebat dominus parabolam iſtam ad quoſdam. Ego multi Catones erant. Qui in ſe confidebant. Quid eſt
hoc

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

hoc monſtri? Confidebant ſomnio ſuo ſicut Nabucodonoſor, qui ꝙ inter dormiendum ſtatuam vidit, &
eius caput aureum tantum, quod ſomnium erat, veritatem ratus eſt, & quod pars erat totum credidit, &
& quod paruum erat, forte cubitorum. 20. Ille magnum exiſtimauit. 60. videlicet cubitorum. Ex hoc
igitur inani ſomnio orta eſt illa ſingularis væſania, vt iuberet omnes deos exterminari de terra, vt ipſe
ſolus ſingularis eſſet, quia non erat ſicut cæteri dij vel reges: Regnum enim eius aureum erat, caput erat,
cæterea argentea autem terrena, brachia vel pedes. Ex quibus intelligimus ꝙ Phariſæus inſe confidens,
cæteris mortalibus ſe præferebat, ſicut Nabucodonoſor cæteris heroibus. In ſe inquit confidebant, ſe ipſos
magnifaciebant, quia reuera nunꝙ in ſe deſcenderant, ac pro inde vmbram metiebantur pro corpore, ve- Prouerb.
lut in ſoleſcentes ſanctitate famoſi ex crumena. Ad hoc igitur qui inſe confidebant & nõ in meritis Noe, Ezech. 14.
Danielis vel Iob, cæteros omnes naſo ſuſpendentes, dixit dominus hanc parabolam. Duo homines aſcen- Prouerb.
A debant. Et reuera niſi veritas diceret, ꝙ vterque iſtorum homo eſſet: ego alterum non hominem ſed ſe-
mideum putarem, non enim illi vultus mortalis, nec vox hominem ſonat, o diabolum certe. Aut ſi homo Matth. 11.
eſt, inter natos mulierum maior illo non ſurrexit, o antichriſtum certe. O hominem adhuc mortalem, &
iam diuum, iam in faſtos aſcriptum & in albo cæli. Itaꝗ aſcendebant in templum, vt orarent: iuxta illud,
dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Eſai. 43. Quas iniquitates? Bona verba quæſo. At dices. Et
nonne Dauid generalem ſententiam protulit de omnibus, dicens. In iniquitatibus cõceptus ſum? Pſal. 50.
Et rurſus, omnes declinauerunt. Pſal. 13. Sed iam audiſti ſemel, ꝙ iſte non erat (ſi ei credimus) ſicut cæteri,
non ſicut Iſaac qui de promiſsione natus eſt. Geneſ. 18. Non ſicut Samſon vel Samuel: Non ſicut Moſes 4. Reh. 1.
amicus Dei, non ſicut Dauid vir iuxta cor Dei. Actu. 13. Non ſicut Hieremias ſanctificatus in vtero. Et
cum talis eſſet, aſcendit tamen in templum vt oraret. Erat autem Athenis templum cereri ſacrum, hoc nul
lus ſibi male conſcius ingredi præſumebat, ſæuiente illico in eo vltione cæleſti, quod & Marcus Aure-
lius ingreſſus fertur, vt ſuam probaret innocentiam. Hoc igitur templum ingreſſus Phariſæus, appropin-
B quauit quo ad licuit ſancto ſanctorum, cuius conuerſatio in cælis erat. Et mirum eſt, quomodo Helias
qui vteꝗ homo erat, in curru igneo vectus eſt in paradiſum Dei, hic autem qui ſanctior erat (ipſe dixit)
ipſo Helia, adhuc in terra verſabatur. Fortaſsis Dei prouidentia, vt exemplar haberet eccleſia abſolutæ
virtutis, quia reuera non erat ſicut cæteri. Itaꝗ Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat. Quod orabat ſtan- Orare.
do, Moſen imitabatur, orantem in monte contra Amalechitas. Exo. 17. Sed Moſes, quia de cæteris erat,
feſſus, ſedit ſuper lapidem, &c. Hic nihil tale ſuſpiceris, ſed ſtabat, in ſe confiſus, ideſt in meritis ſuis, per
quæ non erat ſicut cæteri bene tamen ꝙ ſibi lecti ſternium non ſterni iuſsit: Dominus Chriſtus quoniam
ſimilitudinem carnis peccatricis induerat, non ſtabat, ſed genu flexo, procidens in faciem, perfuſus ſudore Luc. 22.
ſanguineo, orauit patrem. Sed audiamus orationem eius (cuius qualitas ex ipſo corporis habitu intelligi Pſal. 105.
poteſt). Quæ tamen fiet ei in peccatum. Orabat ergo Clauſo oſtio patrem ſuum, cœpitꝗ extuberare ſen Matth. 6.
C ſim dicens muſando. Gratias tibi ago deus: ꝙ non ſum ſicut cæteri homines. Bonum principium, ſed finẽ Gene. 18.
expecta. Orabat Abraam dicens. Et ſi nouerim ꝙ breui decinereſcam, loquar tamen ad dominum meũ. Gene. 32.
Orauit & Iacob. Minor ſum domine cunctis miſerationibus tuis. Hic autẽ nihil tale. Nec enim ſe agno-
uit puluerem futurum, nec tantis totꝗ bonis adeo acceptis indignum: imo dignum maioribus, hoc enim
eſt quod dicit, in ſe confidebant, non inquam ſe peccatorem agnouit (auertat deus), ſed non ſum ſicut cæ-
teri: nam reuera eadem modo ſibi videbãtur, Macedo Philippus referente Aeliano, poſt victoriam quam
apud cheroneam contra Athenienſes habuit, cum ſe elatum ſana alioqui mente animaduerteret, iuſsit ſer Philippus
uo, vt ei mane cotidie ſurgenti diceret: Memento te hominem eſſe, & hoc modo cohibebat, tumorem ani-
mi ex victoria pullulantem. Iſte autem quia viuebat deum, non ſum inquit ſicut cæteri. Et eſt mirabile,
quomodo Zachæus multis coram bona ſua explicabat dicens, ecce dimidium bonorum meoru m, &c. Et Luc. 19.
tamen audiuit: Hodie domui huic ſalus adeo facta eſt, hic autem ſecreto licet & verbis paucis ſua enume-
D rans, nouo naufragũ genere omnium fecit iacturam. Quare? Quia nulla cogente iuſta neceſsitate, ſua ia-
ctabat merita, publicanum interim digito notans. Si enim vt oraret, templum aſcendit: oſtende quid ora-
uerit. Imo orauit: gratias agens Deo, ꝙ non erat ſicut cæteri. Quid ſi hæc dicens, egregie mentiebatur?
Vnde enim nouerat aliorum conſcientiam? Id quod ſolius Dei eſt. Hiere. cap. 17. Sed & illud obſeruãdum,
ꝙ oſtendebat membra ſana, & explicabat pennas pulchriores quaſi pauus, cæterum cicatrices cautiſsime
occultabat, dicens: Non ſum: non ſum, Adde illud, ꝙ duobus verbis omnem ſignificauit iuſtitiam: Non Gregorius
ſum hęc & hæc, & facio illa & illa. Ad hęc Gregorius. Recte gratias agit Deo, a quo acceperat bona quę
fecit. Sed ad exhibendum abſtinentiam, ad impendendam miſericordiam, ad referendas Deo gratias Pha-
riſæus oculum habebat, ſed ad humilitatis cuſtodiam cæcus erat. Argus ad verrucas publicani: ad ſua tu-
bera cæcus. Fruſtra autem in circumitu ciuitatis cuſtodia ponitur, ſi foramen in muro patet, per quod ho- Chryſoſt.
E ſtis irrumpat. Chryſo. Phariſæi & Publicani mentionem faciendo, bigas duas ex vitio atque virtute iun
ximus, humilitatem videlicet cum multitudine peccatorum in publicano: Superbiam cum omnimoda bo
norum copia in Phariſæo. Et cum Paulus dicat (Gene. 6.) opus ſuum probet vnuſquiſꝗ: Phariſęus iſte
in medium prorumpit, omnium qui in toto orbe ſunt accuſator, (ſed obſerua ꝙ erat cenſor) & omnibus
ſe hominibus meliorem dicit. Non fuiſſet tolerabile, ſi ſe decem tantum vel quinꝗ vel duobus vel etiam
vni prętuliſſet, nunc autem non ſolum paucis ſed & toto orbi ſe præpoſuit, & natis & naſcituris. Non
ſum ſicut cæteri. Caret. Quid autem intelligat per cæteros homines, ſubiungit dicens, raptores adulteri,
iniuſti, publicani. Multi enim Phariſæi ſimiles erant huic. Nec tam inſolens putandus eſt iſte, vt ſe reli- 1. Tim. 1.
quo humano generi præferret, id ſi verum eſt, male expoſuit Auguſtinus hunc locum. Paulus per ſuam
ſapientiam vocat ſe ipſum maximum peccatorum, hic autem nullum nouit, quo cum conferri poſſit. Na-
uigauit

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

uigauit per totum pelagus ſecundis ventis, & in ipſo portu impegit. Abire enim cum tanto detrimento
Luc.10. a precibus, a quibus lucrum erat ſperandum, quid aliud eſt, ꝙ naufragium facere. Sciamus ergo ꝙ & hu-
Luc.15. militas publicanum Phariſæo prætulit, ſuperbia autem corporeas virtutes e cælo deturbauit velut ful-
gura. Humilitas & propriorum cognitio latronem ante apoſtolos in paradiſum introduxit. Quod ſi hu-
militas peccatis coniuncta, tam expedite currit, quid erit: ſi iuſticiæ coniugas? Superbia autem coniuncta
peccatis, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Gratias inquit tibi ago. Cum iuxta ſcriptu-
ram iuſtus in principio vel prior accuſator ſit ſui (Prouerb.18.) noſter vnicus Cato hunc ordinem peruer-
tit, quia non erat de cæteris. Sed ſi iuſtus eſt, quid accuſat in ſe in principio? Sed iuſtus non ſe ex præſenti-
1.Cor.15. bus ſed ex præteritis accuſat. Cum enim adeſt pręſentium accuſatio, iuſtus nõ eſt. Vnde Paulus, non ſum
dignus qui vocer apoſtolus, quoniam perſequutus ſum eccleſiam Dei. Dicamus autem in excuſationem
Cap.43. Phariſæi, ꝙ ipſe legerat apud Eſaiam, Narra ſiquid habes, vt iuſtificeris, & hoc ipſum bona fide impleuit F
Gala.2. Phariſæus, iuſtificatum ſe oſtendere volens ex operibus legis. Id ſi verum eſt: igitur Chriſtus gratis mor-
Gregorius tuus eſt? Abſit. Gregorius. Ezechias rex moriturus, in oratione compunctus dixit, Obſecro domine me-
mento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, nec tamen dominus hãc
confeſsionem perfectionis eius deſpexit, quem mox exaudiuit. Ecce autem Phariſæus ſe iuſtificauit in ope
re: Ezechias etiam in cogitatione, atq; vnde vnus offendit, alter dominum placauit. Quare hoc? Quia in
1.Cor.9. auribus Dei ſuperba non ſunt, quæ humili corde proferuntur. Item Gregorius.19. Mora. cap.17. Quantis
Idem. niſibus actum putamus, vt Phariſæus iſte abſtemius eſſet, corpus ieiunijs inſeruitutem ſpiritus redigen-
do: vt ne raptu vteretur, ſicut qui fraude rem augent, liberalis, vt pote qui decimam omnium bonorum
daret pauperibus, continens vxoris alienæ, ſua conſerte contentus? Quis hæc vnquam fecit? Quibus hoc
Figura. laboribus actum credimus? Sed o quot bona vnius culpæ gladio ſunt perẽpta. De hoc habes. 1. Machab.
ſexto. Eleazar in pręlio elephantem feriens, ſtrauit, ſed ſub ipſo quem occidit occubuit. Quos ergo iſte ſi- G
gnificat, quem ſua victoria oppreſsit, niſi eos qui vicia ſuperant, ſed ſub ipſis quę ſubijciunt ſuperbiendo
Gregorius ſuccumbunt? Item Gregorius lib. Mor.24. cap.12. Cum ſancti quęrant in alijs, quid imitari debeant, vt ad
maiora proficiant, reprobi e contra ad intuenda ſemper deteriorum exempla vertuntur. Neque enim co-
rum vitam conſiderant, quibus ſe humiliando poſt ponant: ſed quibus ſuperbiendo ſe pręferant, deterio-
res nanq; reſpiciunt, quibus meliores ſe eſſe gloriantur. Et idcirco proficere ad meliora non poſſunt, quia
hoc ſibi ſufficere extimant ꝙ peſsimos antecedunt. O miſeros qui viam pergunt, & integra reſpiciunt.
Hęc quidem Gregorij verba in nobis locum habent, quibus ſat eſt ad iuſtificationem, iuſtificari compa-
ratione deteriorum, ſicut Sodoma reſpectu Iſrael. Hiere.3. Ezech. cap.23. Cęterum in Phariſęo ſecus eſt.
Quem enim habet ille pręcedentem: cuius ſequatur veſtigia, cum cęteros omnes longa intercapedine an-
Chryſoſt. teuerterat? Quia ergo pręcedentem non habet imo nec vel ęqualem, poſt tergum aſpicit dicens: velut etiam
hic publicanus. Et nonne ſcriptum eſt, Nolite iudicare? Sed cenſor erat. Quod ſi Phariſęus iſte verum di- H
cens, & apud ſe tantum, & tamen damnatus eſt, propter temerarium iuditium, qui falſa dicit de fratre, &
A ctu.9. quę neq; ipſe credit vbiq; deportat, ſicut verboſę mulieres, quid mali non patietur? Velut inquit hic pu-
Epheſ.3. blicanus. Et quid inde te delectat, ꝙ bonus es, ꝙ alter malus eſt? Obſerua autem, ꝙ quando erat Saulus
conſentiens morti Stephani, multi reuera erant Chriſtiani, quorum erat ille perſequutor, tamen quando
Matth.23. conuerſus eſt, omnes qui ſe pręceſſerant ſuperauit. Et tamen mihi inquit minimo ſanctorum, & peccato-
rum maximo data eſt gratia hęc, &c. Iſte autem ſanctorum maximus, cęleſtis homo, terreſtris angelus,
Camelum glutiens, publicanum videlicet qui ſtabat alonge, colabat culicem, decimando anetum & om
ne holus. Sed Phariſęum miſſum faciamus, fama ſuper ęthera notum quiq; conſummatus in breui, exple-
uit tempora multa. Sapien.4. O ſancte Phariſęe ſi vere non es ſicut cęteri homines, ora pro nobis deum,
dicẽs, aut dimitte populo peccata ſua, Exo.32. aut dele me de libro inquo ſcriptus ſum. Vnde noſti? Quia
non ſum ſicut cæteri. Phariſęus manus cum oculis in cęlum ſuſtulerat. Et publicanus ſtans alon- I
ge, nolebat nec oculos ad cælum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens, deus
propitius eſt mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam
magis certe ꝙ ille, ſiue præ illo, e eKinos. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, &
qui ſe humiliat exaltabitur. Stans inquit alonge, non ꝙ loco appropinquemus ei, in quo mouemur
& ſumus. Sed abierat in regionem remotiſsimam vt paſceret porcos, is qui conditus fuerat vt pręeſſet om
Actu.17. nibus, quia omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, Pſal.8. Quomodo autem iſte pręeſſe dicetur omnibus iu-
mentis, qui porcorum cibos quos paſcebat, non audebat attingere? Non audebat oculos in cęlum attolle-
re, quia & hic peccauerat in cęlum, ac per hoc more iumentorum, non poterat oculos leuare. Vnde illud
ex oratione Manaſſes. Peccaui ſuper numerum arenę maris, multiplicatę ſunt iniquitates meę, & incur-
uatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi. Stans itaq; alonge, deum ad ſe traxit de prope. K
Chryſoſt. Vidit enim eum tundentem pectus, & humilem in ſuis met oculis (2. Reg. 6.) Sicut Phariſęus maximus
erat apud ſemetipſum. Nobis autem ſicut dicit Chryſo. Omnia ſunt fucata & ſuppoſiticia, quod ex eo
argui poteſt, quia ſi hęc ab alio audiamus, quę ipſi de nobis pronuntiare videmur, quas tragœdias non
excitamus? Iniuriam nobis factam conquerentes. Sic ficta in nobis & ſimulata ſunt omnia, vt ne hũc qui-
dem publicanum poſsimus imitari, qui cum peccata ſua audiret ab altero exprobrari, addidit ipſe confeſ-
ſionem ſuam: Phariſęum patienter ferens. Percutiebat autem pectus ſuum, quaſi theſaurum cogitationum
ſuarum & omnium malorum, & conſcientia peccatorum lucebat in facie. Dicebat autem illud. Non in-
Pſal.142. tres in iuditio cum ſeruo tuo: Decem milium talentorum debitore, quia nullus ex viuentibus iuſtificabit
Matth.9. in conſpectu tuo, niſi forte Phariſęus iſte, qui non eſt ſicut cęteri. Impletũ eſt ergo in hoc publicano illud:
Miſe-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Miſericordiam volo, ideſt miſereri volo eius, qui miſericordiam petit dicens, deus eſto mihi propitius, & nolo ſacrificium dicentis, gratias tibi ago deus. Item illud, veritas de terra eſt, hoc eſt peccatorum confeſ-
ſio ex ore pœnitentis, iuxta Auguſtinum, & iuſticia de cælo proſpexit, dicens, deſcendit hic iuſtificatus August.
præ illo. Ergo inquies & Phariſæus deſcendit iuſtificatus. Ita eſt, a quo ? A ſe ipſo. Forſitan & adeo in-
quit Faber, ſed hic publicanus præ illo iuſtior, quia omnis qui ſe exaltat, &c. Et quantum præ illo? Quã- Faber.
tum differt iuſtificatio per gratiam Dei a iuſticia quæ eſt ex operibus legis. Adhæc Theophyl. Iob ſe lau Theophy.
dat, nec damnatur. Quare? Quia Phariſæus quidem nullo cogente, ſtat talia nugans, & alterum condẽ-
nans, alia nulla vtilitate vrgente. Iob vero præmentibus ſe amicis, & grauius incumbentibus, quam ca-
lamitas ipſa, dicentibusq́; ꝙ propter peccata talia ſit paſſus? Compulſus eſt enumerare ſua opera. cap.
A 27.29.31. Quomodo autem dicatur deus omnipotentiam ſuam parcendo maxime manifeſtare, dicitur, ꝙ
deus in miſerendo, nulli ſub eſt legi, cuius ſolius eſt peccata remittere, & mortificata merita ex poſt limi-
nio reſtituere, ſtolam videlicet illam priorem. Luc.15. Denique cum peccatorem iuſtificat, ſuo vtitur iu- S. Thom.
re, nullifacit iniuriam. Nam peccatum in hominem non fit, ſed bene iniuria. Cum igitur omne peccatum
ſit contra ius diuinum, in quo citra deum nullus diſpenſat, idcirco deus potentiam ſuam parcendo, vel
maxime dicitur manifeſtare. Quomodo autem ſacerdotes peccata remittant, præmiſſa ſemper contritio-
ne, dictum eſt alias. Deſcendit igitur publicanus iuſtificatus præ Phariſæo. Eſt enim iuſtus qui perit in
iuſticia ſua. Eccle.7 Quomodo in iuſtia ſua? Videbatur ſibi trutina iuſtior: ſed imponebat ſibi. Perit & Prouerbiũ
iuſtus in iuſticia ſua hoc modo, quia iuxta quod ſequitur in Eccleſiaſte, fuit iuſtus multum, ſummum au-
tem ius ſummam crucem dicebant antiqui. Si igitur aliquem rigidum & trucem ad omnia fratrum pecca- Hierony.
ta conſpexeris, vt nec in ſermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigriciam moranti, det ve-
B niam, hunc ſcito (inquit Hieronymus) plus iuſtum eſſe, ꝙ iuſtum eſt, ſcito Phariſæum eſſe, & diuiſum
a cæteris. Cum enim dictum ſit, nolite iudicare, & nullus ſit abſque peccato, in humana iuſticia eſt, fragi- Matth.7.
litati humanæ non ignoſcere, quando iuſtus ipſe ſepties in die cadit. Et ſecundum Philoſophos cum vir- Prouer.24
tutes in meditullio poſitæ ſint, conſequitur, vt omne quod nimium ſit, ſiue ſurſum ſiue deorſum, repute-
tur in vicium. Vnde dicit, deſcendit hic iuſtificatus in domũ ſuam potius quam ille. Phariſæus enim cum
ipſa eſſet iuſticia iuſtior, iuſtificari adeo, qui oraret? Qui peccatum non fecit. Eſai. 53. Vnde probamus?
Ex euangelio. Ipſe enim dixit inquit Lucas, imo Chriſtus hoc dicit, dixiſſe illum: Non ſum ſicut cæteri.
Verum vni taſti nec ſi ſit tertius Cato, credendum eſt. Deſcendit igitur publicanus iuſtificatus hoc eſt, cõ- Prouerbiũ
ſequutus eſt quod quærebat. Phariſæus autem vt prædicitur, nullam a ſe exigens delictorum ſuorum ra-
tionem (quorum amice lector!) Aliena nimium anxie ſcrutabatur: Momus enim erat. Quod ſi aliena in- Chryſoſt.
quirere deſideramus, clara opera virorum curioſius inueſtigia: vt tamex memoria tuorum delictorum,
C quam ex æmulatione alienæ virtutis, intelligas quam toto erres cælo. Medice eſto tibi Coryceus, eſto
tibi Momus, eſto triargus, eſto tibi medicus, eſto tibi iudex iniquus. Alias quis te conſtituit cenſorem Exo.2.
domus alienæ? Si filius Dei es, ſaluum fac primum te metipſum, & ora pro populo deinceps, ſi amicus
Dei es, quippe qui ore ad os loquaris Deo, dicens: Non ſum deus ſicut cæteri. Num. 12. Plenus igitur Prouerbia
egreſſus eſt, & vacuus reuertitur in domum ſuam (Ruth. 1.) Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur.
Hoc eſt quod Iacob cancellatis manibus benedixit nepotibus. Ordo præpoſterus, ſed non abſque my- Geneſ.49.
ſterio inuerſus. Qui maior eſt, ſiniſtra benedicitur, & vocatur Manaſſes, ideſt obliuio. Qui minor eſt,
impoſita dextra, cenſetur maior, & vocatur Ephraim, ideſt creſcens vel fertilis, dicente Patriarcha, ideſt
domino Chriſto, omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & cætera. Et hæc eſt mutatio dextræ Dei (Pſal.76.)
Deponere potentes, & exaltare humiles. Id ſi moleſte ferat Ioſeph pater puerorum, & conetur manus Figura.
D commutare, nihil audiet aliud, ſcio fili & bene ſcio: Apud homines maior eſt Phariſæus, apud ſe maxi-
mus? Maior eſt Manaſſes, apud deum ſecus eſt. Quare? Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, gratias Lucæ.7.
autem ei, quia non dixit: Omnis qui ſe exaltat exaltabitur, niſi eo modo intelligas, quo malo ſuo exal
tatus eſt Abſalom & Amam. Quomodo enim conaremur apprehendere dextram & ſiniſtram. Matth. 20.
Imo apprehendere vmbram (rem impoſsibilem) quæ fugit inſequentes communiter. Nonne hæc eſt Ba-
bylon quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ? Ecce ſuperbam iactantiam, Dani.4.
Sequitur. Cum adhuc ſermo eſſet in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabucodonoſor rex, re-
gnum tuum tranſibit a te, & tu tranſibis in formam bouis, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Hie- Hierony.
ronymus. Arrogans gloriatio ſtatim punitur a domino. Et ideo dilata fuerat ſententia, ne videretur miſe-
ricordia in pauperes minime profuiſſe, ſicut dictum fuerat ei a Daniele, peccata tua eleemoſynis redime.
Id enim quia fecit rex, ſententia Dei in eum lata, vſque ad duodecimum menſem ſuſpenſa eſt. Sed ſtatim
E vt loquutus eſt, per ſuperbiam perdidit regnum, quod ob Eleemoſynas fuerat reſeruatum. Et inter beſtias
accepit domicilium, qui gloriabatur de Babylone ciuitate inclyta, robuſta & decora, & fœnum vt bos
comedit, quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Rurſus autem rex iſte veram fecit alteram huius ſen- Figura.
tentiæ particulam, videlicet, qui ſe humiliat exaltabitur. Sequitur enim. igitur poſt finem dierum ego Na-
bucodonoſor oculos ad cælum leuaui (id quod non auſus eſt facere publicanus) qui verbo iuxta myſte-
rium illud oſtendit, quod ſeptem annis ad terram cum publicano deiectos tenuerit (Alter Manaſſes) do-
nec pœnitentia ſua oculos Dei ad ſe attraxit. Et ſequitur concluſio. Nunc igitur ego Nabucodonoſor lau-
do & magnifico & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gra-
dientes in ſuperbia poteſt humiliare, qui autem ſe humiliat. Exaltabitur; propterquod deus ſuper exalta-
uit vnicum ſuum, &c. Philip.2.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Caput iij. De homine plantāte vineam, & locante eam Agricolis Deinde
profecto peregre, & tempore fructuum mittente ſemel & ſecundo, & ite-
rum tercio ſeruos ſuos vt acciperent de fructibus, & vacui reuerſi, mittit
tandem dominus vineæ: vnicum ſuum, qui & ipſum occiderunt. Et con-
cluditur parabola, Agricolis ferentibus ſententiam contra ſeſe.

Matth. 21. Liam parabolam audite. Homo quidam erat pater familiæ, qui plā-
Marci. 12. tauit vineam, & ſepē circundedit ei, & fodit in ea torcular vel lacū,
Lucę. 20. & ædificauit turrem, & locauit eam agricolis, & peregre profectus
eſt, multis temporibus. Iuxta Lucam. Cum autem tempus fructuum
appropinquaſſet, in tempore oportuno miſit ſeruos ſuos ad agri-
colas, vt de fructu vineæ darent illi. Et agricolæ apprehenſis ſeruis
eius, alium cęciderunt. Marcus, & dimiſerunt vacuum. Lucas, & ina- P
nem: alium occiderunt. Marcus, in capite vulnerauerunt alias exce-
rebrauerunt, & contumelijs affecerunt, Lucas: & dimiſerunt inanem,
Matthæus alium lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt
illis ſimiliter. Eadem Marcus, in ſententia. Lucas pro multis ſeruis vnum ponit, ſed non refert. Sicut
dicit Hieronymus, nemo tam fractis viribus, & ſic decrepitæ ætatis eſt, vt non putet ſe vnum annum ad-
Hierony. huc ſuper victurum, cum videamus non raro multorum (etiam regum) telas pręciſas dum adhuc ordi-
Eſai. 38. rentur. Atque vtinam vnus tantum eſſet apud noſtrates, qui pręſumeret vocem illam, anima habes
Lucę. 12. multa bona (atqui villicus erat non dominus) repoſita in annos multos, qui tamen colonus erat vi-
neæ, non pater familiæ. Et quæritur merito, vnde ſubrepit obliuio conditionis humanæ, vt terrenum
animal iam iamq; ſoluendum, erigatur in ſuperbiam, niſi forte de vnoquoque noſtrum dixit dominus, G
Gene. 4. omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur, poſuitque dominus ſignum ſuper nos, vt nemo interficiat
nos: Vel credimus cum Alexandro filios nos eſſe Iouis cuncti potentis, vel cum Moſe aſcripti ſumus in al-
Rom. 8. bo cæli. Exo. 32. An perſuaſi ſumus cum Paulo, quod nec mors neque aliqua creatura poterit nos ſeparare
Dani. 2. a charitate Chriſti Ieſu. Et quod magis credendum eſt aureos nos putamus, argenteos ferreos ve, imo
quod veritas habet, terreni ſumus, quia terrenum habemus fundamentum, agricolæ ſumus, & forme exa-
Iob. 34. ctor fructuum vineæ in ianuis eſt, quem ab eſſe putamus. Subito morientur inquit Iob, iſti qui ordiun-
tur telam longiſsimam in nepotes & pro nepotes. Gregorius. Quamlibet ſero de hac vita tollantur ini-
qui, ſubito & repente tolluntur, quia finem ſuum cogitando præuidere neſciunt. Subito diues ille raptus
eſt, qui horrea quæ præparabat deſeruit, & inferni locum quem non præuidebat inuenit. Subito mortuus
Dani. 5. eſt Baltaſar, qui audito ex ore Danielis: Manę, techel Phares, id eſt finem regni ſui, & vitæ ſuæ, & regni H
Hierony. tranſlationem in Mædos & Perſas, nihilominus ſoluit præmium prophetæ, quod pollicitus eſt. Hierony-
mus. Aut enim longo poſt tempore credidit ventura quæ dixerat Daniel, aut dum Dei prophetam ho-
norat, ſperat ſe veniam conſequuturum, quamuis non impetrauit, maius fuiſſe credendum eſt ſacrilegium
in deum, quam honorem in prophetam. Et ſicut ſcribit Ioſephus in decimo Iudaicæ antiquitatis libro, ob-
Ioſephus. ſeſſa Babylone a Mędis & Perſis, in tantam videlicet Baltaſar rex Babylonis obliuionem ſui, vt obſeſ-
ſus vacaret epulis. Vnde poteſt ſtare hiſtoria, quod eadem nocte ſit captus & iugulatus, dum omnes aut vi-
ſionis interpretationiſque pauore terrentur, aut occupati erant in feſtiuitate & ebrietate conuiuij. Vere
ergo dixit Iob, ſubito morientur. Etiam enim prolata ſententia mortis contra eos, immortales ſe eſſe opi-
Eccle. 9. nantur. Tu ſi ſapiens es, quandoquidem de tuo capite aguntur comitia, quodcunque poteſt manus tua
inſtanter operare, quia nec opus nec ratio nec ſapientia erunt apud inferos, quo tu properas. Quare in- I
ſtanter operandum? Quia apud inferos ligatis manibus (adde perpetuas tenebras, gratiæ abſentiam) non
Pſal. 1. eſt locus operandi, damnatis perpetuo ocio colonis, qui fructum non dederunt in tempore ſuo. Memento
Matth. 21. fici perpetua maledictione damnatæ. Non eſt ibi ratio, quæ in pœnis abſorta erit: Non pœnitentię locus,
Ezech. 4. vt dicas, patientiam habe in me. Matth. 18. Non habet ibi locum verbum illud, diem pro anno computa-
ui tibi. Non habet locum factū illud vafre ac ſapienter ex cogitatum, accipere codicillos tuos & ſcribe. 80.
Lucæ. 16. vel. 50. Quādiu igitur abeſt exactor, ſi tamen ab eſſe poteſt qui nusquam deeſt, quodcunque poteſt manus tua
Ezech. 14. inſtanter operare, ne inſtante hora rationis reddendæ, patronum vel patronos quæras Noe, Iob & Da-
Gregorius nielem (ſicut legimus in dialogo Gregorij, de quodam Griſorio, cui anima per vim extracta eſt, illo di-
cente interim ad filium monachum. Tu eſto mihi fideiuſſor) nec tamen inuenias, dicaſque vel ſero, cum po-
tui, nolui, nunc cum volo, non datur & poſſe, non dabitur poſſe, imo nec velle nec poſſe. Sed ad rem. K
Cap. 5. Quidam pater familiæ plantauit vineam. De hoc patre dictum eſt Matth. cap. 20. Vinea iuxta Eſaiā, do-
mus Iſrael eſt. De hac Pſalmiſta. Pſal. 79. Vineam de Aegypto tranſtuliſti, eiecisti gentes, & plantaſti eā.
Huius vineæ prima propago Abraam fuit, tranſlatus a Chaldęa in Paleſtinam. Gene. 12. Ab hoc natus
eſt Iſaac Iacob, ex Iacob, 12 Propagines. Hi paulatim ſuccreſcentes, ſeptuaginta numero ingreſsi ſunt Ae-
gyptum. Gene. 46. Ex his animabus. 70. Elapſis annis. 430. ab exitu Abraæ de Chaldęa vſque ad exitum
Iſrael de Aegypto, eadem nocte egreſsi ſunt ſexcenta milia fere peditum virorum abſque paruulis & mu-
lieribus. Exo. 12. Qui elapſis annis. 40. terram promiſſam ingreſsi ſunt, vel ipſi vel filij eorum aut nepotes.
Sequitur. Eieciſti gentes & plantaſti eam. De quo vide late per totum librum Ioſue. Num. 21. 31. Electæ
Hiere. 2. ſunt igitur Gentes quindecim, de quibus habes Geneſ. cap. 15. Vt plantaretur vna hæc gens quondam in-
clyta, vna hæc vinea quondam electa & frugifera, quam alloquitur dominus dicens. Ego te plantaui vi-
neam electam, Omne ſemen verum. Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena?
Ego

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

70. Ego autem plantaui te vineam frugiferam, omnem veram. Quomodo conuerſa es in amaritudinem
vitis aliena? Hieronymus. Miratur dominus quomodo talis vinea manu conſita & cultu regio, conuer- Hierony.
ſa ſit in amaritudinem. Nulluſque ſecurus ſit, ſi & plantatio domini ſit & ſemen verum, quia in tan-
tum ſuo vicio commutatur, vt per amaritudinem recedat a domino, & fiat vitis aliena. Conſideranda Ioan. 15.
eſt autem clementia ſaluatoris, ꝙ qui dixit, ego ſum vitis vera, Chriſtiano quoq; populo dederit, vt
ſint ipſi & vites veræ, ſi voluerint in eo quod plantati ſunt permanere. Cum enim eſſemus oleaſtri, in-
ſerti ſumus in bonam oliuam Rom.11. Et cum eſſemus vites amaræ & labruſcæ, inſerti ſumus. In bonam
vitem Chriſtum dominum. Dicamus de vinea iuxta Eſai. cap. 5. Vinea facta eſt dilecto in loco oliua-
rum, & ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam ſoreK. Et ædificauit turrim in medio
eius, & torcular extruxit in ea. Ex expectauit vt faceret vuas, fecit autem labruſcas. Hieronymus. 70. Hierony.
A Pro in cornu filio olei, in loco pingui dixerunt. Et reuera nihil terra promiſsionis pinguius, ſi non mon-
tana quæque atque deſerta, ſed omnem illius latitudinem conſideres, a riuo Aegypti vſque ad fluuium
magnum euphratem contra Orientem, & ad ſeptemtrionalem plagam vſque ad taurum montem, &
Zephyrium Cyliciæ quod mari imminet. Vnde Rapſaces Iudæis quia meliorem eis terram dare non po-
terat, ſimilem promittebat. Eſai.36. Vide textum, ibi, facite mecum benedictionem. Quod autem dixit,
plantatam vineam in cornu cornu templum ſignificat fundatum in monte Sion vel in monte Moria, qui
id eſt. 2. Paralip. 3. Præcipue tamen ſignificat regnum Iudæorum, de quo dictum eſt Lucæ. 1. Daniel. 10.
Exod. 32. Et ſepſit eam præceptis legis, & ſua & angelorum cuſtodia, iuxta illud, ſuper muros tuos Hie-
ruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & nocte non tacebunt. Eſai. 62. Verum & iuxta litteram ciuitas illa
triplici vallabatur muro. Vide ſuper illud. 4. Reg. 22. Ierunt itaque Helchias, &c. Et lapides elegit ex
B ea. Poſſunt intelligi nomine lapidū Gentes, quæ lapides colebant. Et plantauit vineam electam, He-
braicę SoreK. Aiunt Hebræi ſoreK genus eſſe vitis optimæ, quæ vberes fructus faciat atque perpe-
tuos. Vnde a quibuſdam Græce interpretatur, Callicarpos, quod nos in pulcherrimos fructus vertere poſ
ſumus. Et ædificauit turrim, id eſt templum. 3. Reg. cap. 6. Altitudo turris. 120. Cubitorum erat, 2. Parali.
cap. 3. Et torcular extruxit in ea, id eſt altare holocauſtorum, vbi effundebantur ſanguis victimarum.
Sicut enim ad torcular omnes vuæ comportantur, & calcantur vt exprimatur muſtum, ſic altare illud o-
mnes populi excipiebat fructus, & immolatas hoſtias deuorabat, iuxta illud, Beniamin lupus rapax,
&c. Faber. Torcular lex vetus erat, quæ ſecernebat purum ab impuro in cibis & huius genus multis. Faber.
Hucuſque cultura vineæ. Sequitur. Expectaui vt faceret vuas, bona videlicet opera, fecit autem labru- Geneſ. 49.
ſcas, inde dictæ, ꝙ in labris vinearum naſcantur. Hieronymus. Pro labruſcis Hebraicę eſt Beuſim. Aqui- Hierony.
C la autem poſuit, ſaprias, ideſt fructus peſsimos. Porro Symachus dixit, atelle, ideſt fructus imperfectos,
omphax videlicet. At vero. 70. dixerunt, acanthas, ideſt ſpinas. Quibus coronatur dominus a matre ſua
iuxta carnem, ſynagoga videlicet, Canti. 3. Illo enim expectante, vt vindemiæ tempore facerent vuas,
& deferrent ad torcularia, illi ſe curis & vitijs ſæculi demergentes (vide Eſaiæ. cap. 22.) quæ in euange-
lio ſpinæ vocantur, blaſphemiarum ſtimulos obtulerunt. Obtulerunt pro vuis ſoreK, labruſcas, ſaprias, Lucæ. 8.
i ieſt fructus amaros myrrhatum videlicet vinum, & atelle, ideſt acetum vini loco, tum & ſpinas, cla-
uos quibus affixus eſt cruci pater familiæ. Habet igitur noſter Noe fructum ex vinea ſua, in cuius plan-
tatione magnopere laborarat. Geneſ. 9. Ad hæc Origenes. Sicut autem in vineis eſt aliquod tempus, Origenes.
quando principium fructus demonſtrant, & aliud quando florent, quæ ſunt demonſtrata, & aliud quan-
do acerbeſcunt fructus, & aliud quando variant, & aliud quando vindemiandi eſt tempus fructus per-
fectos, & paratos ad præbendum vinum, ita in homine primum tempus eſt infantia, & eſt tunc vinea
D nihil oſtendens, niſi tantum habens in ſe vitalem virtutem. Cum autem cœperit poſſe loqui, tempus eſt
generationis. Patrisfamiliæ autem ſolius eſt, cognoſcere vere, quando vniuſcuiuſque hominis tempus
appropinquat, vel quando adhuc longe fructuum tempus. Multi enim cum deberent eſſe magiſtri ſe- Hebr. 6.
cundum tempus, adhuc lacte paſcuntur, hoc eſt ſunt ætate ſenes capularij, ſenſu bis pueri, iuxta Prouer- Prouerbium
bium. Verga Aaron iam ſicca refloruit & fructificauit ad multum tempus iuxta Abulenſem. Cucurbita Abulenſ.
Ionæ ſimul floruit, & ſimul exaruit. Cæterum Salomon hunc ordinem inuertit, quem aſsignauit Ori-
genes, ſapientiſsimus in pueritia, ſenex, omnium ſtultorum ſtultiſsimus. 3. Reg. 3, & cap. 11. In quo cer-
te impletum non videmus verbum quod ipſe dixit Prouerb. 22. cap. Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam Chriſoſto.
ſenex non recedet ab ea. Ad hęc Chryſoſtomus. Expende prouidentiam Dei ineffabilem, & ocioſita-
tem iſtorum colonorum in auditam. Plura enim ipſe agricolarum opera fecit. Plantauit vineam, ma-
ceriam circundedit, &c. Paruum quid Agricolæ opus ipſis relinquens, vt videlicet plantatæ iam vineæ
E curam habentes, quæ data fuerunt, conſeruauerent. Ipſe nihil omiſit, ſicut dicit ad Agricolas per Eſaiam:
Cap. 5. Quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci? An ꝙ expectaui diu, primo, ſecundo, & tertio
miſsis, qui fructus acciperent? Hieronymus. Nunc ergo habitatores Iuda & Hieruſalem iudicate inter Hierony.
me & vineā meam. Si feci, quicquid debui, & quicquid illa humana fieri potuit. Plantaui in loco vber-
rimo, muro ſepiui, elegi lapides, flagella eius haſtilibus calamiſq; ſubrexi, vitis quoque ipſa non fuit vna
de pluribus, ſed electa. Edificaui firmiſsimam turrim, in qua fruges reconderem, & de qua inſidiantes be-
ſtias fructibus contemplarer. Extruxi & torcular, vt in eodem potiſsimum loco præmerentur, ideſt ex-
ponerentur ſcripturæ. Reſpondete, quid vltra debui facere & non feci. Itaque ædificata turri, planta-
ta vinea, & locata Agricolis, peregre profectus eſt pater familiæ (qui olim in columna nubis loquebatur Pſal. 98.
ad eos.) idque non vno anno ſed multis temporibus, ne propera videretur exactio iuxta Ambroſium, Ambroſius
SS 4 In tem-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

In tempore igitur vindemiæ miſit ſeruos, vt acciperent partem fructuum de quibus vide Hiere. Cap. 11.
cap. 25. cap 29. & 35. Miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens diluculo, &c. Et non inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. Inſuper ex ſeruis meis ad vos miſsis alios quidem remiſiſtis inanes, alios fructu vacuos, contumelijs oneratos, alijs ferro peremptis, aut transfixis per tempora vecte,
Amos, iuxta Hieronymum in prologo eiuſdem. Fructus expectauit, & contumelias accepit. Hæccine
Deut. 32. reddis domino Deo tuo popule ſtulte & inſipies? Expectauit & dominus tempore diluuij annos. 120.
August. Sicut dicit Auguſtinus. 15. de ciuitate Dei. cap. 24. Sed fruſtra expectauit, quia illi ſemper perrexerunt eſſe ſimiles ſibi ipſis. Et ſequitur. Non fruſtra creditur ſic factum eſſe diluuium, iam non inuentis in terra, qui non eſſent digni tali morte de fungi, qua in impios vindicatum eſt. Quod autem & ſecundo miſerit plures prioribus ſeruis, volens in bono ſuo malum agricolarum vincere. Rom. 12. Apud eundem Hieremiam legimus. cap. 7. Miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas, &c. Et indurauerunt ceruicem, adamātinam iuxta Zach. cap. 7. Et peius operati ſunt quam patres ſui. Multos miſit, ſæpe miſit, mane, prima, tertia, F
Matth. 20. ſexta, nona, miſit, ſerui autem pro fructibus nihil aliud reportabant quam currus onuſtos conuitijs. Vnde illud Michiæ. 7. Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit racemos vindemiæ in autunno. Non eſt botrus
Prouerbiū ad comedendum, exterminantibus a patris vineam meam. Pſal. 79. aut certe vindemiant eam, omnes qui præter grediuntur viam. Antigonus rex pecunias acriter exigens, cum quidam dixiſſet. At Alexander
Antigon⁹ talis non erat, & merito inquit: Nam ille Aſiam demetebat, ego autem ſpicas lego. Id ipſum lamentatur dominus dicens. Væ mihi quia factus ſum ſicut qui congregat ſtipulas (altera Ruth) in meſſe. Ita dixerunt. 70. Habet Satanas horrea plena, torcularia redundantia vino, ego qui vineam plantaui ex electis propaginibus, fame crucior, ſtipulas congrego, racemos & quis quilias meſsis & vindemiæ. Nouiſsime autem adhuc habens vnum filium chariſſimum, dixit dominus vineæ. Quid faciam? Iuxta Lucam. Mittam filium meum chariſſimum: Iuxta Marcum & Lucam. Quia reuerebuntur filium meum. Iuxta Marcum, Matthæus & Lucas addiderunt: forte vel forſitan. G
Quem cum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe: Iuxta Lucam & Matthæum. Marcus id expreſsit melius dicens. Dixerunt ad inuicem, tres euangeliſtæ. hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Vel iuxta Marcum & Lucam: vt noſtra ſit hæ-
Eſai. 1. reditas. Et apprehenſum eum, ejecerunt e vinea, & occiderunt. Cum audis dominum dicentem, quid faciam, memento & illius ſententiæ, ſuper quo percutiam vos, vltra addentes præuaricatio-
Hierony. nem? Et illud ex Hiere. cap. 5. ſuper quo propitius tibi eſſe potero? Hieronymus. Catalogus peccatorum Hieruſalem, dum dicit ſe ignorare deus, qua poſsit eius occaſione miſereri. Me dereliCto, idola ſequuntur: Saturaui eos: & recalcitrauerūt, equi amatores in fœminas, relicto naturali honore, ſimiles facti ſunt iumentis. Et cum hæc omnia feceris, nunquid non digna viſitatione es? Sed in quo percutiam vos? qui nullas inuenio plagas, quibus veſtram frangam ceruicem adamantinam. Quanto enim tormenta maiora H
ſunt, tanto magis creſcit impietas. Dicamus & nos: Quāto bonitas & clemētia patris familias maior eſt, tanto illi magis indurātur, & pergunt eſſe ſibi ipſis ſimiles. Quid ergo? Quod ſupereſt (omnem enim mouebo lapidem, protheum quendam agam) mittam filium meum dilectum, quia forſan reuerebuntur filium meum. Vere niſi eſſet vinea hæc vitium vberrimarum & electarum forte videlicet, cuius fructus ſunt pul-
Matth. 21. chri & perpetui, nunquam tales miniſtros miſiſſet pro fructibus, & tandem vnigenitum ſuum, quos quia tempore ſuo non dederunt, ablata eſt ab eis hæreditas, primitiæ videlicet & decimæ. Num. 18. & Principatus regni Ioſue. 13. Et de hoc gaudebant ſacerdotes (habentes cum honore emolumenta multa) & ſeniores contra quos eſt ſermo iſte. Sacerdotes igitur præ erant in decimis, ſeniores in iuditijs, ſcribæ in doctrina, I
Phariſæi in moribus, per quos, cenſores videbantur populi, & ob hoc ſinguli habebant ſuum honorem & lucra ſua a populo. Vbi autem occiderunt hæredem, poſita eſt ciuitas in aceruum lapidum, relictum templum velut tugurium in cucumerario. Dicit autem Abulenſ. quod illi qui de morte domini decreuerunt,
Abulenſ. & eam pertractauerunt, nec cognouerunt illum eſſe deum, nec Meſsiam vnde illud: Si enim cognouiſ-
Eſai. 1. ſent. Nicolaus oppoſitum tenet. Chryſoſto. Non ignorantis vox eſt, ſicut nec illa, quid faciam, ſed magni-
1. Cor. 2. tudinem peccati volentis oſtendere, cuius vnquam vllam ſatisfactionem oſtendere potuerunt, ſimul & vt li-
Forſan inquit. berum oſtendatur arbitrium. Verum Marcus abſolute dixit, reuerebuntur, enarrans quid debuiſſent facere impij coloni. Verecundari enim proculdubio debuiſſent, niſi perdidiſſent mentem. Sed, quia filij erant
Ezech. 16. Cham & non Iuda, imitantes parentem, qui patris verenda retexit, cum ebrius dormiret, videntes cha-
Gene. 9. riſsimum filium patris familiæ nudum & ebrium pendentem in cruce, ebrium inquam de aceto vineæ ſuæ, prætereuntes mouebant capita in morem lymphaticorum dicentes, ſi filius Dei eſt, deſcendat de cru- K
Matth. 27. ce, dixit enim quia hæres ſum, filius Dei ſum. Iſti ſunt qui prouocati a domino ad pœnitentiam, vſque ho-
Hierony. die perſeuerant in blaſphemijs, inquit Hieronymus ſuper Eſaiæ caput. 5. & ter per ſingulos dies in omnibus ſynagogis ſub nomine Nazaræorum blaſphemant nomen Chriſtianum. Et iſti ſunt de quibus dicit pater familiæ, omnino reuerebuntur filium meum. Impletum eſt illud, quē tu percuſsiſti, perſequuti ſunt.
Pſal. 68 Pater vnicū pro nobis omnibus tradidit in mortem, Iudæi coloni in cælo ſedentem, in ſinagogis ſuis execrantur, cum certe meliora præſumpſerit pater ab eis, dicens, reuerebuntur. Cæterum coloni cum hunc vi-
Hebr. 4. diſſent: Quid dixerunt? Credamus, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, imitabitur enim clementiam Dauid patris ſui, qui non ſemel pepercit Sauli inimico ſuo, dicamusque illud, pater peccauimus in cælum & coram te, quippe qui ſeruos tuos ad nos miſſos, & toties & tot, vacuos remiſimus, & quoſdam eorum occidimus, non ſumus digni qui vocemur filij, imo nec coloni, tamen con-
Luce. 15. ſtitue nos loco mercenariorum, & quo pius es, miſerere noſtri, & in tuo flagello vindica iniqui-
Iudith. 7. tates

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tates noſtras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te. Hæc quidem illi dicere debuerunt,
niſi omnem frontem depoſuiſſent. Quid ergo dixerunt? Num depuduit eos eſt? Loquebantur ad inuicem
dicentes: Ecce ſomniator venit, Geneſ. 37. Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & videbimus quid illi
proſint ſomnia ſua, ac deinceps noſtra erit hæreditas. Sed ſi hic eſt hæres, vnde illud ex actis ad populum
Iudæorum? Et nunc fratres ſcio quod per ignorantiã feciſtis, ſicut & principes veſtri. Et illud Pauli. 1. Cor. 2.
Si cognouiſſent eum, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Vnde & illud, pater ignoſce illis, quia ne- Cap. 3.
ſciunt quid faciunt? Nicolaus hoc loco longam digreſsionem facit, vtrum principes Iudæorum agnoue- Luc. 23.
runt determinate dominum Ieſum fuiſſe verum deum & verum hominem, an non. Et quia res adhuc ſub Nicolaus.
lite eſt, ad eum remittendum duxi amicum lectorem. Sed ſi & meam ſententiam audire vultis, dicam in-
A genue quod non agnouerunt. Alioqui neſcio vnde beatificatus Petrus dicens: Tu es Chriſtus filius Dei vi- Matth. 16.
ui. Si & iſtis reuelauit pater tantum ſacramentum. Nam Caro & ſanguis Fabrum & filium Fabri cre-
debat, non filium Dei. Et alioqui non diceret Petrus, ſcio. Scio inquam quod ignorantes petiiſtis eum ad Marci. 6.
crucem. Præterea ſi Iudæorum principes id agnouerunt, quid opus fuit inhibere apoſtolis ne dicerent eum Matth. 16.
eſſe Chriſtum, quem principes populi agnoſcebant? Poterant enim principes populi apoſtolos menda-
tij arguere, ſi interrogati, num magiſter ſuus eſſet Chriſtus vel Meſsias, reſponderent negatiue. Quid au-
tem dicit dominus, dixiſſe illos, ecce hæres? Exponitur ſicut illud, ſcimus te quod ſis Chriſtus Dei. Matth. 8. Eph. 6.
Item Lucæ. 4. Suſpicari igitur potuerunt principes ſacerdotum & ſcribæ, ſicut & rectores tenebrarum,
idque multis viſis ſignis, quæ diuinam præ ſe ferebant potentiam, & collatis multis locis ex lege & pro-
phetis, certo autem id agnouiſſe credere non poſsim. Nos autem agnoſcimus, quia credimus euangelio,
in quo ſunt teſtimonia multa quæ huic veritati aſtipulantur. Pater enim de cælo teſtificatus eſt de filio
B ſuo Lucæ. 3. Ioan. 12. Matth. 17. Teſtificatur item de illo Ioannes Baptiſta teſtificantur & opera miran-
da, Teſtificati & pueri Hebræorum. Matth. 21. Teſtificati ſunt & dæmones inuiti licet. Prætermitto
autem omnia illa quæ facta ſunt inter commendandum ſpiritum patri, Lucæ. 23. Si dicas quod aliquæ ſunt
autoritates & teſtimonia in veteri teſtamento, quæ oſtendunt Meſsiam futurum deum & hominem, ſi-
cut Hiere. 33. Hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter, & Eſai. 7. Vocabitur nomen
eius Emanuel. Et Cap. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, & cætera. Non inficior, ſed illæ reuera ſunt
paucæ, & attribus vel quattuor intelligibiles, quia nomen Dei in ſcripturæ multis conceſſum eſt, imo om
nibus Iudæis. Et vt breui concludam, ſi ex ſcriptura hoc poteſt demonſtrari, de hoc myſterio non habe- Pſal. 81.
remus fidem, cum de tota fide dicat Paulus, videmus per ſpeculum. Id tamen non eſt abſolute verum, 1. Cor. 13.
per fidem enim credimus ſcripturæ legis & prophetarum: eſſe videlicet illorum quorum nominibus præ-
C notantur, & quod ſpiritu ſancto illuminati ſic loquuti ſunt. Excuſantur igitur Iudæi a tanto, ſed non a to-
to: quia iuxta Chriſoſtomum, eſto quod Dei filium non agnouerint, quare non ſicut homini iuſto qui de Chryſoſt.
omnibus tam bene meritus fuerat pepercerunt? Sed audiamus Hieronymum. Manifeſte dominus pro- Hierony.
bat ex iis verbis: Iudæorum Principes non per ignorantiam ſed per inuidiam Dei filium crucifixiſſe: Quæ
verba pugnant ex diametro cum verbis Petri: imo cum oratione Chriſti, pater ignoſce illis, quia neſciũt,
&c. Niſi exponas, Neſciunt quid faciunt, hoc eſt quantum malum & quam grande piaculum faciunt, occi- Cap. 1.
dendo me Dei filium. Ambroſius dicit ſuper Lucam ad hunc modum. Non mediocris cauſa eſt, quod Maria Ambroſi.
non antequam deſponſaretur, impleta eſt, vt virginitas eius falleret principem mundi, cum deſponſatam vi-
ro cerneret, partum non potuit habere ſuſpectum. Fallendi autem principem mundi fuiſſe conſilium, Matth. 16.
ipſius domini verba declarant, cum apoſtoli iubentur tacere de Chriſto, cum ſanati prohibentur glo- Marci. 1.
riari de remedio, cum dæmones principiuntur ſilere de Dei filio. Fallendi vt dixi principem mundi fuiſſe
D conſilium etiam apoſtolus declarauit dicens. Sed loquimur ſapientiam Dei in myſterio abſconditam, 1. Cor. 2.
quam nemo principum iſtius ſæculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifi-
xiſſent, hoc eſt nunquam me redimi domini morte feciſſent. Fefellit ergo pro nobis, fefellit vt vinceret, Fe- Matth. 4.
fellit diabolum cum tentaretur, cum rogaretur, cum Dei filius diceretur, vt nuſquam diuinitatis proprietatem
fateretur. Sed tamen magis fefellit principem ſæculi. Diabolus enim & ſi aliquando dubitauit, cum di-
ceret: Mitte te deorſum, &c. Tamen vel ſero cognouit, & diſceſsit ab eo. Cognouerunt dæmones qui Marci. 1.
dicebant, nouimus te, quod es Dei filius. Et ideo veniſſe cognouerunt, quia præcognitum habebant eſſe Matth. 8.
venturum. Principes autem ſæculi non cognouiſſe, quo maiore poſſumus, quam apoſtolicæ ſententiæ pro-
bare documento? Si enim cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifixiſſent. Dæmonum enim ma-
licia facile occulta deprehendit. At vero qui ſæcularibus vanitatibus occupantur, ſcire diuina non poſ-
ſunt. Principes autem ſeculi huius etiam Chryſoſtomus non dæmonas intelligit, ſed rhetoras philoſo- Chryſoſt.
E phos & oratores: ii enim interdum alios ſuperauerunt, & ciuitatum principes euaſerunt. Seculi autẽ prin-
cipes dicuntur, quoniam vltra hoc ſeculum principatus eorum non extenditur, vnde dicit apoſtolus, qui
deſtruuntur. Doctor noſter in. 3. diſtin. 20. Ita exponit apoſtolum, quod non loquatur de principibus Scotus.
Iudæorum, ſed de rectoribus tenebrarum, qui ſi agnouiſſent eum eſſe verum deum non perſuaſiſſent Iu-
dæis vt peterent eum ad crucem. Quia quando primum ignorauerunt, inſtigauerunt principes ſacer-
dotum. Cæterum cum maioribus coniecturis perurgebantur, vt deum crederent, oppoſitum eius per-
ſuadere nitebantur Pilato, vxore eius interprete. Iudæi autem licet ſcirent eum eſſe deum per vnionem, Matth. 27.
adhuc potuiſſent eum occidiſſe. Anſelmus dicit, quod non potuerunt Iudæi dominum ſcienter occidiſ- Anſelmus.
ſe, hoc eſt ſi ſcirent eum eſſe deum. Id ſcotus inficiatur, dicens, quod etiam agnitum deum potuiſſent in-
terficere. Verum autem agnouerint, non determinat. Itaque viſo chariſsimo & vnico filio, Ecce in-
quiunt impii Agricolæ hæredem, occidamus eum, & adprehenſum, extra vineam occiderunt:

SS iij Extra

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Extra portam enim ciuitatis dominus paſſus eſt (Hebr.13.) tanto ſceleratiores homicidæ ipſo parente eo-
rum (vos enim ex patre diabolo eſtis) quanto eum in parricidio ſuperauerunt. Extra vineam occiderunt:
Non enim ipſi ei manus iniecerunt. Sed gentibus tradiderunt. Abſit enim vt qui domum Pilati ingredi
nollent, ne contaminarentur (Ioan.18.) manus inijcerent in dominum Ieſum, quem velut peſtem quan-
dam ad crucem adegerunt. Extra vineam igitur occiderunt, quia mors Chriſti nihil eis profutura erat, nõ
magis ꝙ Iudæ, traditur autem Gentibus, a quibus erat adorandus. Nam ſi Pilatus Gentilis victus im-
portunis clamoribus adiudicauit fieri petitionem eorum, prius tamen ſanguinem iuſtum ſuper illos ex-
Matth.27. cuſſit dicens, innocens ego ſum. Et illi, expedit omnino vt vnus homo moriatur, & noſtra erit hæredi-
tas. Ioan.11. Eoque væſaniæ ventum eſt, vt iuxta Auguſtinum, ſæuituri eſſent in patrem ſicut in filium,
Vitellius. occaſione nacta. Legimus de Vitellio, ꝙ equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad mortem,
hæres meus es, exhibere teſtamenti tabulas coegerit, vtque legit, cohæredem ſibi libertum eius aſcriptum,
Figura. iugulari cum liberto imperauerit, vt tota equitis ſibi cederet hæreditas. Hoc eſt quod legimus, 3. Reg. F
cap.21. Naboth vir Dei lapidatur induſtria & fraude impijſsimæ Iezabelis, vt vinea Naboth cederet in
ius regis, quia bona committentium crimen læſæ maieſtatis fiſco applicabantur, dicant licet alijq; Na-
both erat Patruus ipſius Achab, & filijs Naboth etiam impie occiſis, ſicut habes. 4. Reg. cap. 9. Achab
rex iure propinquitatis hæres fiebat vineæ & omnium bonorum Naboth. Deſcendenti igitur Achab vt
vineam inuiſeret, occurrit Helias dicens. Occidiſti hæredem, & poſſediſti vineam. Hæc dicit dominus.
In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoq; ſanguinem tuum. 3.Reg.22. Canes
quoq; comedet carnes Iezabel vxoris tuæ in agro Iezrael. 4.Reg.ca.9. Et hoc eſt quod ſequitur in textu.
Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet Agricolis illis? Aiunt illi. Malos
male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum tempori-
bus ſuis. Hæc iuxta Matthæum. Marcus ita. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & G
perdet colonos & dabit vineam alijs. Idem dicit & Lucas. Et ſequitur ex Luca. Quo audi-
to, dixerunt illi. Abſit. Principio ſciendum ꝙ aliquid poſuit Lucas, quod Matthæus tacuit & Mar-
cus, videlicet Parabolam hanc non ad ſolos principes populi & ſeniores dictam, ſed toti plebi. Erant igi-
tur in turba qui doloſe interrogarent dominum, in qua poteſtate hæc facis, &c. Erant & alij multi qui fi-
deliter & ſyncero corde acclamarent, benedictus qui venit in nomine domini, & de numero iſtorum erãt
qui dicerent ad interrogationem domini, (quid faciet Agricolis illis) malos male perdet. Quæ vox recte
etiam ipſius domini eſſe intelligitur, ſiue propter veritatem, ſiue propter membrorũ cum capite cõnexio-
nem & vnitatem. Erant item qui talia reſpondentibus obſtarent dicentes, Abſit, quia intelligebant in ſe
Auguſt. ipſos parabolam dictam. Ita dicit Auguſtinus de concordia euangeliſtarum. Faber alio modo exponit
Faber. verbum hoc, Abſit. Non eſt inquit verbum hoc inficiatorium, ſed deprecatorium, ac perinde valet ac ſi di- H
ceretur, nefiat, nunq̃ eueniat, vt Agricolæ filium domini vineæ eiectum extra vineam, occidant, & ꝙ
propterea vinea alijs locanda ſit Agricolis, prioribus pro delicto ſuo perditis. Si igitur ſic intelligatur,
verbum hoc, Abſit, poteſt ſic ordinari textus. Quid faciet dominus Agricolis? Reſpondent. Malos male
perdet, & vineam ſuam, &c. Abſit tamen & auertat deus tantum crimen, vt videlicet Agricolæ occidãt
filium Dei & patet. Hoc igitur quod dominus rogat principes ſacerdotum & ſcribas, Eſaias ſub alijs ver-
Cap. 5. bis dicit. Nunc ergo habitatores Hieruſalem iudicate inter me & vineam meam. Quid vltra debui face-
re & non feci? Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem eius, & erit in con-
culcationem. Non putabitur, & non fodietur, & aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ, & nubibus man-
Hierony. dabo, ne pluant ſuper eam, ſic enim in formula continebatur. Hieronymus. Itaq; tacentibus viris Iuda,
ſibi ipſi dominus reſpondet, quid facturus ſit. Sic Dauid interrogatur a Natham vt dum de alio iudicat, de I
2. Reg. 12. ſe promat ſententiam. Quoniam igitur feci vineæ meæ cuncta quæ debui, & pro vuis attulit labruſcas,
auferam vniuerſa quæ dederam. Tollam angelorum auxilia, quod eſt, auferam ſepem, deſtruam muros
eius, & inimicis Gentibus ſubiacebit, quod eſt, diruam maceriam eius. Eritq; deſerta, & non putabitur
in æternum, nec fodietur, vt redigatur in ſolitudinem, fietq; ex horto cõcluſo & fonte ſignato, cuius emiſ-
ſiones paradiſus ſunt (Gene.13.) Saltus beſtiarum. Definet igitur putari & fodi doctrina prophetarum &
Canti.4. legis timore, & deficiente pluuia doctrinæ (Deut.32.) ſpinas germinabit. Mandabo inquit nubibus meis,
ne pluant ſuper eam. Tollitur igitur auxilium Dei ab ijs qui indigni ſunt, vt qui non ſenſerunt deum per
beneficia, ſentiant per ſupplicia. Vel ideo truculenta quædam & aſpera comminatur, vt conuerſi ad pœ-
nitentiam, futura mala deuitet. De his nubibus habes. 3.Reg.17. ꝙ Helias clauſerit cælum multis diebus.
Vnde Leui.26. Ponam vobis cælum ferreum, & terram æneam. Poſt paſsionem enim domini nec apoſto- K
los neq; prophetas habuerunt Iudæi. Irrigata enim Niniuæ pluuia verbi cæleſtis, eius qui triduo fuit in
Matth.12. corde terræ, ſtatim Cicaion Iudaica exaruit. Ionæ.4. Hæc igitur omnia quæ comminatur dominus vineæ
Cap.5. ſuæ, breui ſermone comprehendit euangeliſta dicens, Malos male perdet. Intereſt autem, quoniam quæ
dominus dicit ventura ſuper vineam apud Eſaiam, hic prædicit ad colonos deuoluenda, ſed vinea domi-
ni inquit Eſaias, domus Iſrael eſt. Sequitur. Ille autem reſpiciens eos dixit. Quod ergo eſt
quod ſcriptum eſt, lapis quem reprobauerunt ædificantes: hic cœpit eſſe caput an-
guli? A domino factus eſt hic, & eſt mirabilis in oculis noſtris, vel mirabile. Si re-
feratur ad caput. Quaſi dicat. Quomodo dicitis, abſit, vt auferatur a nobis hæreditas? Nonne legi-
ſtis illud: Lapis quem reprobauerunt, & cætera. Quo ſermone ſignificat, ædificare eos ſynagogam,
1. Cor. 3. ſed reprobato Chriſto, quo ſine nullum erit firmum ædificium, dicente Paulo, fundamentum aliud
nemo poteſt ponere, præter lapidem hunc, quem vos reprobabitis, dicentes: Non habemus re-
gem

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

gem niſi Cæſarem, reprobãtis autem vt ædificetis ſynagogam veſtram, alias totã gens peribit. Ioan. 11.
Verumtamen reprobatum a vobis centies licet, in magno precio erit apud Gentes. Quarum erit ca- Ioan 19.
put, ſicut Ionas apud Niniuitas in ſummo honore fuit. Oſtendit ergo dominus [a]ctoritatem ſcriptu-
ræ omnino futurum, quod illi inficiabantur, videlicet auferendum ab eis regnum ſiue hæreditatem quia
occiderunt hæredẽ. Si verbis inquit meis non præſtatis fidem, quomodo intelligitis illud ex Pſal. 117.
Lapis quem reprobauerunt, &c. Lapidem vocari dominum alias diximus. Lucæ. 2, Ibi: Ecce poſitus eſt
hic. Vide Dani. 2. Item Zach. cap. 3. Item Eſai. cap. 28. Ecce ego mittam infundamentis ſion lapidem pro-
batum, adeo & a populo Gentium, reprobatum a Iudæis, angularem, quia ip[ſ]e eſt pax noſtra qui fecit Ephe. 2.
vtraq; vnum, precioſum, vili tamen ſatis precio traditum Iudęis a Iuda, pręci[oſ]um, quia mors ſua preciũ
eſt eccleſiæ, precioſum inquo argentum creuit per aurum, & aurum quodammodo palluit per argentum.
A Infundamento fundatum, quia mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, vt homo mortuus eſt, Eſai. 53.
& vt deus peccata multorum tulit. Exponit autem hunc locum Abulẽſis ad litteram de lapide quodam, Abulẽſis.
qui frequenter aptatus ædificio, non congruebat, donec tandem aptiſsime congruit in connectenda ex-
tremitate cuiuſdam anguli. Quod ego nunq; crediderim. Quando enim Dauid compoſuit hunc pſalmũ
templum non erat ædificatum, hoc nullus inficiabatur. Si dicas, prophetauit ſic futurũ de lapide illo, ob-
ſtat ſcriptura dicens, idem lapis qui reprobatus eſt a Iudæis ædificantibus, factus eſt caput in eccleſia Gẽ-
tium, & hoc eſt mirabile in oculis noſtris. Nam de lapide, præſtigium potius eſſet, & maxime quia mal-
leus & omne ferramentum non ſunt audita in domo Dei, ſed ex latomia afferebantur lapides quadrati 3. Reg. 6.
& politi, & collocabantur in ædificio vel parui vel grandes, iuxta quod opus erat. Eſt igitur dominus
Ieſus lapis angularis, pręcioſus, probatus, & mirabilis in oculis credentium, reprobatus autem a Iudæis,
B tranſit ad Gentes, auferens ab impijs colonis hæreditatem, & tradens Gentibus, ſicut nunc ſequitur.
Ideo dico vobis, ꝙ auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus
eius. Et omnis qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, conquaſſabitur, ſuper quem autem
ceciderit, conteret eum. 23. q. 7. cap. 2. ſi de rebus. Idem dicit & Lucas. Regnum ablatum a Iudæis
etiam ante Titum & Veſpaſianum alias diximus videlicet Luc. 3. In principio. Tempore autem Titi nõ
regnum ſed ſolum primum perdiderunt, ſi qui ſuperfuerunt ex clade illa miſeranda, de qua dictum eſt Luc.
cap. 19. & dicetur Matth. 24. Licet principale regnum iuxta Hieronymum & Theophylactum ſcriptura Rom. 3.
diuina ſit, quæ ablata eſt ab eis & gentibus tradita, & omnia ſpiritualia ſiue in legibus ſiue in ſcripturis, Hierony.
quæ ad noſtram doctrinam proficiunt, quibus omnibus illi priuati ſunt, & nos fruimur. De his Paulus. 2. Cor. 3.
Quid ergo amplius habet Iudæus ꝗ Gentilis? Multum quidem per omnem modum. Credita ſunt enim
C illis eloquia Dei. Poſtꝗ igitur regnum hoc ſcripturæ ablatum eſt ab eis, habent quidem litteras ſed ſigna-
tas cum ſapientibus tum & indoctis iuxta Eſai. cap. 29. Et iuxta apoſtolũ Paulum. Quoties legitur Mo-
ſes in ſynagogis eorum, velamen eſt poſitum ſuper co[rd]am legentium ꝙ audientium. Quin & cæleſtis
regni hæreditatem adipiſci non meruerunt: de qua dictum fuerat patri eorum iuxta carnem, ſic erit ſemen
tuum oſtenſis ſtellis in cælo. Et omnis qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, conquaſſabitur, hi ſunt incredu- Gene. 15.
li, quibus Chriſti crux ſcandalum eſt. Vidimus noſtro æ[u]o hominem Iudæum natione, qui flammis con-
ſumptus eſt, dicentem inter alia. Quando enim ego credere potero in hominem illum, quem vos o Chri- Eſai. 8.
ſtiani aſſeueratis fuiſſe flagellatum, irriſum, palmis cæſum, & tandem cruci affixum? Iſte ergo cecid[it] ſu- Hiere. 17.
per lapidem offenſionis & Petram ſcandali, & contritus eſt, atq; vtinam non duplici contritione, de [q]ua
dicitur, timete eum, qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. Matth. 10. Super quem aut[em] ce-
ciderit, conteret eum, iuxta Prouerbium, nouacula in cotem. Eadem eſt ſententia, licet poſsit intelligi ſic,
D ꝙ ablatum eſt ab eis regnum, quia ceciderunt velut increduli ſuper lapidem, & diſperſi ſunt in quatuor
ventos cæli, quia cecidit ſuper eos lapis, impegit lapis in nouaculam, & impletum eſt illud Eſai. 61. Sta- Zacha. 2.
bunt alieni, & paſcent pecora veſtra. Hieronymus. Quotus enim quiſq; eccleſiarum princeps eſt de Iu- Hierony.
dæis (euariſtus) & non de alienigenis atq; extranearum Gentium hominibus? Qui autem erãt ſine teſta- Ephe. 2.
mento Dei & ſine promiſsionibus, ſpem non habentes, nunc præſunt eccleſijs, Iudæis depoſitis de regno,
& toto orbe palantibus. Poſſunt intelligi per hoc quod dicit, qui cecidit, & ſuper quem ceciderit, duæ cõ-
demnationes videlicet corporis & animæ iuxta quod di[xi]mus, eum timete & cætera. Et cũ audiſſent
principes ſacerdotum & Phariſæi parabolas eius, cognouerũt ꝙ de ipſis diceret, &
quærentes mittere in eum manus in illa hora, timuerunt populũ, quia velut prophe- Chryſoſt.
tam illum habebãt & relicto eo, abierunt. Chryſoſt. Hæc eſt autem differentia bonorũ & ma- 2. Reg. 11.
lorum, bonus cõpræhenſus in peccato, gemit & dolet quia peccauit, malus fremit, non quia peccauit, ſed
E quia compræhenſus eſt. Videamus autem ꝙ magnum malum ſit, delictis obnoxium fieri. Rex Dauid mi-
litum timebat & formidabat, ne palã fieret, quod ipſe ſecretum fecerat adulterium. Et licet coronam por-
taret vt rex, confuſionis obprobria metuebat. Et licet peccatum tunc homines lateret, deum non latebat,
& ſi deum lateret, non lateret conſcientiam. Itaq; pro[p]oſita parabola regi, & eo pronuntiante ſententiã,
neſciens ꝙ in ſe verterat gladium, Natham intulit, Tu es vir qui feciſti hanc rem. Et rex cui in correptus 1. Reg. 12.
teſtis erat conſciencia: non dixit ei, o tu quare non conſideras fragilitatẽ humanam, cur non te ipſum car- Figura.
nalem intelligis? Aut neſcis me in culmine conſtitutum regio, cui licet quicquid libet? Cur mihi audacter
impegiſti crimen? Nihil horum dixit, ſed peccaui domino. Iſti autem cum intelligerent, ꝙ ſub illis parabo-
lis de ipſis agerentur comitia, voluerunt inijcere illi manus, quod alias non ſemel attentauerãt, ſed timue-
runt plebem, ſicut Dauid peccati ſeruus timebat Vriam ſeruum ſuum. Relicto igitur illo, abierunt, repor-
tantes fructum incredulitatis ſuæ perditionem animarum ſuarum.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Caput.iiij. De homine rege faciente nuptias filio ſuo, deq́ multis inuitatis primum & ſecũdo, ex quibus multi occiſi ſunt iuſſu regis. Tertio inuitantur alij ſine perſonarum delectu. Inter quos cum vnus ſederet in conuiuio non indutus veſte nuptiali, ligatis manibus & pedibus, proijcitur in carcerem tenebroſum. Multi enim ſunt vocati, &c.

Matth. 22. ET reſpondens Ieſus, dixit eis iterum in parabolis dicens. Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos vocare inuitos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens: dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias: illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam F
ſuam, alius in negociationem ſuam, reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cum audiſſet iratus eſt, & miſsis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. 23. q. 4. cap. cum intellege. De hac parabola diximus Luc. 14. multa, quia eadem videtur cum illa de inuitatis ad cœnam, exceptis aliquibus. Ibi vocatur cœna, hic nuptiæ. Ibi tacetur de exercitu miſſo, qui perdidit homicidas. Tacetur & de veſte nuptiali. Refert Iſocrates de Elena
Iſocrates. illa famoſa, ſenio confecta & contracta rugis, olim Noe mi, quæ proſpiciens per cancellos, longo riſu ridere ſolita ſit viros fortes cum Græcos tum & Troianos, quod per tam caduca tamq́ fallaci re tanto ardore depugnaſſent annis decẽ, vbi & victi & victores perierunt, paucis deceptis. Et quare tam acreter vtrinq́ pugnatum eſt? Troes vt adulteram apud ſe haberent: Græci vt eam marito ſuo reconciliarent. Erat enim G
incredibilis pulchritudinis. Vos igitur viri inquit Paulus: Ex quo pro vxoris amore reliquiſtis parentes,
Eph. 5. diligite vxores veſtras. Qua amoris menſura? Num ſicut Græci Elenam? Num ſicut Iacob Rachelem? Pro qua velut iuuenis, annis ſeruiuit. 14. ſeruitutem duram in frigore & æſtu. Num ſicut Dauid ſuam Mi-
Gene. 31. chol, quam vt duceret, ducenta præputia vel capita Philiſtinorum annumerauit ipſi Saul? 1. Reg. 18. Nullum horum meminit Paulus: Non Lucretiæ non Artemiſiæ: Non Eſter: Non Rebeccæ: Non denique Euge. Sed o viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiam, vxorem ſuam. Non dilexit eam, quod pulchra eſſet, diues, pudica, & nobilibus orta natalibus. Qualem ergo? Eras nuda & confuſione plena: patre
Ezech. 16. Amorræo matre Cethæa, & meretrix, vt pote quæ omni tranſeunti diuaricarat crura, pauperrima, quæ in iniquitatibus ſuis vendita fuerat. Eſai. 50. Erat Aethiopiſſa, cum olim ad imaginem Dei cõdita eſſet, H
ipſa autem induxerat ſitum Aetiopiſſæ, & multorum iumentorum iuxta quod dicit propheta. Pſal. 48. Et cum talis eſſet, dominus Ieſus ſemetipſum tradidit pro illa, diſtractus precio denariorum. 30. Vt exhiberet eam ſibi non habentem maculam neq́ rugam. Multas habebat maculas, quæ a capite vſq́ ad talos
Eſai. 1. nihil habebat ſanum (vide Hiere. cap. 13.) Sed has maculas Chriſtus lauit ſanguine ſuo in ſacramento pœnitentiæ, & aqua in ſacramento baptiſmatis. Cæterum rugas extenſus clauis in cruce, abſtulit, & nudus pependit, quo vxorem ſuam veſtiret, ſicut ſcriptum eſt, tranſiui per te, & extendi amictum meum ſuper
Ezech. 16. te, & operui ignominiam tuam. Vos igitur o viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus eccleſiam: Eccleſia
2. Cor. 11. autem nos ſumus. Et nos ſumus ſponſa Chriſti iuxta illud, deſpondi vos vni viro Chriſto, & nos item ſumus qui inuitamur ad has nuptias, iuxta illud, virgines ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Fecit ergo rex nuptias filio ſuo: cuius thalamus immaculata virgo fuit ipſa & pronuba, & ipſe tanquam ſponſus I
deus homo, proceſsit de thalamo ſuo. Miſit ergo rex ſeruos ſuos (de quibus dictum eſt capite præcedenti, quod miſsi ſunt vt acciperent de fructu vineæ) qui dicerent inuitatis & venirent, paratis omnibus. Hiero-
Hierony. nymus. Per Metaphoram opes regiæ deſcribuntur, vt ex carnalibus intelligantur ſpiritualia, quæ in cor
Chryſo. hominis non aſcenderunt. Sicut autem dicit Chryſoſt. Opulentis conuiuatoribus, ſi conuiuas acceperint
1. Cor. 2. ſaturos, licet apparatus lauticia & edulijs opiparis illorum appetentiam excitare. Cæterum pauperem menſam non alia res æque facit videri ſplendidam, Lautãq́, quam ſi qui ad illam accubituri ſunt obtingant famelici, id quod videre licet in Eſau. Gene. 25. Et in ſuario. Lucæ. 15. Item in ea quæ vnicum vorauit cum vicina ſua. 4. Reg. 6. Verum iſti qui primum inuitati ſunt, adeo palato deſipiebant, præponentes cepe,
Num. 11. allia pepones piſces manati pani videlicet angelorum, vt nec audientes parata omnia vt magnificentia regia dignum erat, altilia videlicet, tauros, & bellaria omnigena, Ambroſiam, nectar & vinum quadragenarium, irritari potuerit eorum appetitus, qui iuxta Prouerbium ſimiles habebant labris ſuis lactucas. K
Prouerbiũ Ad hæc Gregorius. Quid per tauros niſi patres veteris teſtamenti intelligimus? Nam cum ex permiſsione
Gregorius legis acceperint, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent, quid aliud quam tauri erãt, qui inimicos ſuos virtutis corporeæ cornu feriebãt. Pſal. 43. Inte inimicos ventilabimus cornu. Sed iam depoſitis cornibus, ferienti iubemur alteram max illam præbere. Tauris inquit Plinius lib. 8. cap. 45. in aſpectu ge-
Plinius. neroſitas (Moſes facie cornuta) torua fronte, auribus ſetoſis, cornibus in procinctu demicationem paſcen-
Matth. 5. tibus, ſed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, iragliſcente, alternos replicans ſpargensq́ in altum harenam, & ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens. Viſi ſunt aliquando de imperio dimicantes. Sequitur. Hinc victimæ optimæ, & lautiſsima deorum placatio. Hæc ille. Cæterum tauri iſti cœnæ regiæ adhibiti ſunt, placuerunt Deo, immolati, ſuper vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. Erant tauri
Pſal. 68. iſti fortes, ſed teneri. Dura ceruice vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ecce cornua. Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, ecce teneritudinem. Actu. 7. Audi alterum taurum. Ponat vir gladium ſuper femur ſuum

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſuam, & occidat vnuſquiſq; fratrem ſuum & proximum & amicum. Ecce cornua. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo. Ecce teneritudinem. Hi ſunt tauri quibus cœna regia præ- Exo.32.
paratur, de quibus Paulus. Hebr 12. nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus & circundans nos peccatum, curramus ad propoſitum nobis certamen, imo ad propoſitam nobis cœnam & nuptias, quas pater inſtruxit filio ſuo. Ad hæc Origenes. Quamdiu homines ſumus, & nō ex- Origenes.
pediunt nobis diuinæ bonitates, & multitudo miſerationum eius apud eum abſcondita eſt, vt ne noceamur videntes eam, ſimile eſt regnum cælorum homini regi, vt hominibus quaſi homo apud homines loquatur, & diſpenſet homines, non capientes diſpenſari adeo. Sed ceſſante Zelo & paſſionibus humanis in nobis, tunc ſimile erit Deo, non autem regi homini. Nec erit ſicut Pantera & Leo domui Iuda, aut ſicut vrſa raptis Catulis, ſed manifeſtabit ſe hominibus ſicuti eſt. Quid eſt autem altilia occiſa ſunt? Dica- Oſee.13.
A mus verbi gratia, q̄ turtur caſtitas eſt, columba charitas. Tunc autem erunt hæ ſaginatæ, ſi de ſcripturis quæcunq; ſunt de his virtutibus ſcripta, pleno ſermone coram auditoribus diſſeramus. Quoniam autem vocatores per prophetas quidam quidem tantum modo neglexerunt quæ dicebantur, ſæcularibus occupati negotijs, alij autem malignati ſunt contra prophetas, ideo differentiam eorum oſtendere volens, dixit, alius abijt in villam ſuam, villa domus eſt in agro, &c. Quod autem dicit, iratus rex miſsis exercitibus, perdidit homines illos, eadē eſt ſententia cum illa: Malos male perdet. Item illud, inimicos qui nolue- Matth.21.
runt, vt ſuper illos regnarem, &c. Luc.19. Et in eodem capite, circundabunt te inimici tui vallo. Prædixit autem dominus incendium imminens ciuitati non vt inferret, ſed vt fugerent a facie arcus. Et non ſicut legimus de Vitellio, qui vt campos in quibus ciuili bello pugnatum eſt, adijt, abhorrentes quoſdam Vitellius.
cadauerum tabem, deteſtabili voce confirmare auſus eſt, optime olere occiſum hoſtem & melius ciuem. Nam eo ſecus adleniendum grauitatem odoris plurimum meri pro palam hauſit. Dixit autē princeps Ty- Pſal.59.
B ri, Ezech 28. Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi. Hieronymus. Hæc quanq̄ videantur vires humanas excedere, & non tam hominum verba eſſe, q̄ in ſanientium dæmonum, tamen hyperbolem debemus ac- Hierony.
cipere, q̄ in tantum principes quidam intumuerint, & neſcierint menſuram ſuam, vt elati fœlicitate ſæculi, dum præſentia bona putant eſſe perpetua, homines ſe eſſe neſciunt, quibus vna die venient duo hæc mala, ſterilitas & viduitas, combuſtio ciuitatis, mors animæ & corporis. Tunc ait rex ſeruis ſuis. Eſai.47.
Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati fuerant, non fuerunt digni, ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias: congregauerunt omnes quotquot inuenerunt bonos & malos, & impletæ ſunt nuptię diſcumbentibus. Quod dicit bonos & malos, bonos pro Iudæis poſuit: malos pro gētibus. Ex Iudæorum enim affectu loquutus videtur: cum vtriq; mali fuerint. Sicut alias Iudæos vocauit filios: Gentes autem canes. Matth 15. Synagoga autem quam ſibi dominus deſponſauerat in monte Sina, dans
C ei pro ſponſalibus legis iuſticiam, ad quam dominus per Oſee deſponſabo te inquit mihi in ſempiternum & ſponſabo te mihi iniuſticia, &c. quæ in tantum diligebat ſponſum ſuum, vt diceret verbum inſolens reuera (prima fronte) oſculetur me ab oſculo oris ſui, poſtq̄ abundantia rerum incraſſata, re calcitrauit, Canti.1.
dicens, Vadam poſt amatores meos qui dant mihi panes & aquas, lanam & linum, oleum & potum, ait Oſee.2.
rex ſeruis. Nuptiæ quidem, &c. Id alijs verbis dicit Paulus, quomodo indignos vos iudicaſtis cæleſtium Actu.13.
nuptiarum: ecce tranſgredimur ad exitus viarum, excuſſo puluere pedum noſtrorum. Gentes autem extra viam erant, & in ſepibus erant iuxta Lucę. cap. 14. Tot autem erant ſepes quot ſectæ, quot errores gentilium. Nec tamen per hoc contemnuntur Iudæi omnino, quia boni & mali iubentur inuitari. Mali vocātur de ſepibus: Iudæis autem dicit dominus. Ego ſepiam viam tuam ſpinis, & maceria, vt volens vel nolens dicas, reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis q̄ nunc. Nihil verius dici Oſee.2.
poteſt. Poteſt ſic intelligi, congregauerunt bonos & malos, vel quia apud deum non eſt perſonæ reſpe-
D ctus, qui indifferenter illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vel quia omnes qui vo- Actu.10. Ioan.1.
cantur, non ſunt vel fuerunt ęque mali. Vix enim Roma duos protulit Catones, vnum Fabricium, & bene Titum, item vnum Cæſarem, vnum. M. Attilium, vnum Numam Pompilium, vnum. L. Q. Cincinatum, vnum Papirium, vnum. Q. Fabium, & breuiter iuxta Prouerbium difficilia quæ pulchra. Difficilia quæ pulchra, ſunt qui hinc arbitrentur natum Prouerbium. Periander Corinthius initio populariter ac moderate gerebat imperium: poſtea verſis moribus (alter Saul) tyrannice agere cœpit. Id ſimul atque cognitum eſſet Pyttaco Mytilenęo, diffiſum de ſui ipſius animi conſtantia magiſtratum depoſuiſſe, relicto ꝑ imperio, in exilium abijſſe. Percontantibus deinde quibuſdam, qua gratia fugiſſet imperium, reſpondiſſe, q̄ admodum eſſet arduum probum eſſe, propter mutatum Periandrum. Quibus auditis Solonem addidiſſe illud, difficilia quæ pulchra. Nam & iuxta philoſophū ars & virtus circa id verſatur quod eſt difficilius. Pauci ex gentilibus cultores fuerunt iuſticię amatores reipublicæ, liberales, caſti, paupe res,
E veritatis ſectatores & qui de cælo veniſſe dicerentur vt bellum cum vitijs conſererent, omnes autem erant quales eos prodit Paulus, ſcribens Romanis cap. 1. Ibi, repleti omni iniquitate, &c. Quod autem dicit, congregauerunt, diſcurrentes quoquo verſum ſine delectu, intelligendum eſt, q̄ tot congregauerunt, quot obedierunt & obedient euangelio, ita vt rete apoſtolicum rumpatur iam pręe multitudine piſcium bonorum & malorum, Lucæ.5. Oportet enim hæreſes eſſe inquit Paulus, 1. Cor. 11. vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis. Inuitabuntur autem tamdiu Gentes, donec impleatur triclinium nuptiale inuitatis: Iudæis interim tamen patientibus caninam, de quibus tamen dixerat dominus, ſine prius ſaturari filios, Marci.7. Ad hęc Origenes. Sed quoniam bonos & malos vocari oportuit (boni & mali, id eſt omnes indifferenter,) non autem vt mali permanerent mali, ſed vt exuerent & deponerent veſtimenta contraria Colloſ.3.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

nuptijs,& induerent nuptialia veſtimenta, ideſt viſcera miſericordiæ (de quibus dicitur, tertio autem die,
Eſter. 5. ideſt tempore euangelij induta eſt Eſter.1. Vnaquæqꝫ anima credentis, regalibus veſtimentis, & ſtetit in
atrio domus regiæ, vt inuitaret regem a quo fuerat aſſumpta in coniugium ) paſſuri alioqui eadem quæ
Iudæi, qui conuiuium nuptiale detrectauerunt, ſequitur in textu. **Intrauit autem rex vt videret**
**diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi, Amice**
**quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit**
**rex miniſtris. Ligatis pedibus & manibus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi**
Pſal. 146. **erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.** 35. diſtin. cap.
Luce. 3. eccleſiæ. Impleto igitur numero eorum qui prædeſtinati ſunt ad vitam æternam, illi ſoli præcognitus, qui
Hiere. 25. numerat multitudinem ſtellarum, & vocat eas nominatim, ingreditur rex, vt ſecernat arenam a ſtellis, a
paleis frumentum, & ꝙ primum limen attigit nuptialis triclinij deus de propinquo & deus de longe (vi- F
de Amos cap. 9.) Vidit ibi hominem, qui non exuerat ferinos mores. Erat enim de numero eorum: de qui-
Cap. 13. bus Hieremias: Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam & pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene
facere: cum didiceritis malum, nec acceperat nuptialia, quibus donatus fuerat in baptiſmate: Et dixit ei,
Amice, propter communem fidem (ſicut & illud, recordare fili Luce. 16.) Cæterum re ipſa oſculo filium
Dei tradens, Luce. 22. Quomodo huc intraſti? Qua irruiſti in dominicum ouile Lupus in melota? Non
contumelioſe illum conuenit, vt ipſe ſuo ore ſe damnet. Et cum delictum eſſet notorium, interrogat tamẽ,
& patet quare. Ille autem obmutuit, energie occludẽte os eius, velut in ortus eſſet, nullam peccati ſui ex-
cuſationem vel veriſimilem prætendere valens, (vt ſaltem diceret, ſerpens ſeduxit me, vel mulier quã de-
Matth. 22. diſti mihi ſociam) propria conſtrictus conſcientia. Obmutuit inquit. In humano enim iudicio ſemper eſt
Eſai. 11. aliqua tergiuerſatio vel contra teſtes vel contra iudicem vel contra actorem, ſaltem excuſatur intentio
facientis, quæ nulli nota eſt, niſi delinquenti. In diuino iudicio ſecus eſt, qui non ſecundũ viſionem oculo- G
rum iudicat. Gladius enim veri Salomonis diſcretorem intentionum cordis. Hebr. 4. Erat autem capitale
ingredi Aſueri regiam, indutos ſaccis. Eſter. 4. Ideoqꝫ mirabile eſt, ſi homo iſte ſibi male conſcius, putauit
Gene. 3. poſſe latere illum inſopitum oculum qui habet ventilabrum in manu ſua Luce. 3. Sicut Adam confugit
ad vmbram, folijs tegens interim verenda, qui nuptialia iam expoliatus fuerat indumenta, de quibus
Chryſoſt. Luce. 10. Et reuera inquit Chryſoſt. Valde indignum eſt, cum rex iſte humiles & abiectos vocare atriulo
& ad menſam ſuam acceſſere non dedignetur, nos tantam præ ſe feramus temeritatem, vt ne tanto quidẽ
Exo. 19. honore allecti, meliores efficeremur. Quod ſi vocantis gratia nolumus, noſtri ſaltem nos vocatione illa
dignos exhibeamus. Quomodo inquit huc intraſti? Nõ dixit, quare recubuiſti, ſed ante reclinationem in-
greſſu etiam indignum eſſe ipſum dicit. Quod ſi iuxta præceptum Dei, beſtia quæ tetigerit montem ſu-
per quem deſcenderat deus, iubetur lapidari, non mireris ſi a conuiuio expellitur, qui ſimea cum eſſet pur-
Eccleſi. 9. purea geſtabat indumenta, ſicuti & Aman. Eſter. cap. 7. De veſte hac nuptiali dicitur, omni tempore ve- H
ſtimenta tua ſint candida: his enim circumamicta Eſter, ingreditur ad regem etiam non vocata, etiam nõ
Rom. 2. inuitata, iuxta illud Pauli, Gentes multæ, quæ legem non habent, ea quæ legis ſunt faciunt naturali lege
ductæ, & oſtendunt opus legis naturalis ſcriptum in cordibus ſuis, licet inuitatæ non fuerint ab aliquo
Figura. vel propheta vel apoſtolo, vel alio quouis prædicatore. Ingreſſa eſt igitur Eſter induta regalibus: Sed
quia charitas minus ꝙ inter duos haberi non poteſt, ipſa quidem innitebatur vni puellæ, altera autẽ col-
ligat veſtes in terra defluentes. Hoc & apoſtolus dicit, inuicem onera veſtra baiulate: Sic enim adimple-
Gala. 6. tur lex Chriſti. Hoc eſt verum indumentum nuptiale, alter alterius, &c. Tu autem interim obſerua bonũ
Figura. illum catechuminium, qui quo pauperem Chriſtum veſtiret, ſe ipſum nudauit. Memento & Ioſephi, qui
ſindonem mercatus eſt, vt Chriſtum ſepulchro conderet. Marci. 15. Cæterum habitus & tonſura monachũ
1. Reg. 19. non inſtituunt, ſed oſtendunt, licet non raro in lecto Dauid pro corpore vmbra tantum reperiatur, & ſub
veſtibus valde bonis, lateat neſcio quis ſupplantator Iacob. Gene. 27. cap. Has veſtes multi ſerui Dauid I
præciſas habent vſqꝫ ad nates, aliud opere, aliud profeſsione præ ſe ferentes. Deniqꝫ ſacerdotes Baal malo
2. Reg. 10. ſuo amicti ſunt ſtolis albis, quos ad vnum occidi iuſsit rex Hiere. 4. Reg. 10. Vt intelligas ꝙ veſtes non fa-
ciunt ſacerdotem, ſed charitas veſtis polymita & vſqꝫ ad talos, quæ operuit multitudinem peccatorum,
Ambroſi9 1. Pet. cap. 4. Obmutuit igitur homo ille. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis pedibus, &c. Ambro. ſuper Lu-
cam. Quæ ſunt tenebræ exteriores? Nunquid illic quoqꝫ carcer aliquis latomiæqꝫ ſubeundæ ſunt? Minime.
Sed quæcunqꝫ extra promiſſa ſunt cæleſtium mandatorum, in tenebris exterioribus ſunt. Et quæcunqꝫ ſine
Chriſto eſt, in tenebris eſt. Ergo neqꝫ corporalium ſtridor aliquis dentium, neqꝫ ignis aliquis perpetuus
flammarum corporalium, neqꝫ vermis eſt corporalis. Sed hæc ideo, quia ſicut ex multa cruditate & febres
naſcuntur & vermes, ita ſiquis non decoquat peccata ſua, velut quadam interpoſita ſobrietate abſtinen-
tiæ, ſed miſcendo pecca peccatis, tanqꝫ cruditatem quandam contrahat veterum & recentium delictorum, K
igne aduretur proprio, & ſuis vermibus conſumetur. Vnde Eſaias. Ambulante in lumine ignis veſtri, &
in flamma quam accendiſtis. Ignis eſt, quem generat mœſticia delictorum. Vermis eſt, eo ꝙ irrationabilia
Cap. 50. animæ peccata mentem rei ſenſumqꝫ compungunt, & quædam exedunt viſcera conſcientiæ, iſti ſunt ver-
mes qui non dormiunt apud Iob. cap. 30. Nec moriuntur apud Eſaiam. Stridor quoqꝫ dentium prodit in-
Cap. 66. dignantis affectum: eo ꝙ ſero iraſcatur ſibi, ꝙ ſero pœnituerit, ꝙ tam pertinaci improbitate deliquerit. Et
quamdiu quidem peccator viuit, eo ꝙ tempus habet mutandi varietates ſuas, licet ſit pardus: iumentis
Infernus. comparatus, qui ratione præditus irrationabiliter viuit. Cæterum poſtqꝫ ligatis manibus, ſegregatur a cœ-
Hiere. 13. tu ſanctorum, melius illi erat, ſi natus non eſſet. Matth. 26. Aut ſi eſſet aſinus vel ouis, quæ poſt mortem
Pſal. 48. non ſunt: de iſto autem non ſic, ſed ſeptuplũ punietur in ternario animæ & quaternario corporis. Mittite
ergo

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ergo eum in tenebras exteriores: extra omnem noticiam Dei. Ariſtogitonem ſycophantam Athenienſes damnatum, vinculis coercebant. Is oratum Phocionem mittit, vt Paulum velit ad ſe viſendum accedere. Photion Aſſenſus princeps, cum eius facilitatem ſui damnarent (erat enim ſceleſtus homo) atq; illum conarentur ab itinere iam cœpto deflectere, ſinite inquit, nam vbi locorum iucundius q̃ in carcere Ariſtogitonem viderim? Eſter. 7. Vbi Aman congruentius q̃ in ligno. 50. Cubitorum appenſum? Vbi Abſalonem melius, q̃ pendentem e quercu? 2. Reg. 18. Vbi caput Holòphernis dignius q̃ pendens e muris Bethuliæ? Iudith. 14. Et hunc igitur mittite in tenebras. Quæ autem aut quales ſint tenebræ iſtæ, vel vbi locorum noſtra nõ admodum refert ſcire, at faxit deus optimus Maximus vt ſemper eas neſciamus. Cęterum ſiquis omnino ſcire cupit, ipſos tenebrarum rectores & incolas conſulat, quia ego neſcire me fateor. Refert Plutarch. de Plutarch. Alexandro, qui Babyloniorum regionem ingreſſus, omnibus in poteſtate redactis, ibi in Ecbatanorum A agro telluris hiatum aſsidue ignem tanq; ex fonte ſcaturientem, miratus eſt. Haud procul inde Naphtha magno innũdat fluctu, quod bitumini per quam ſimile, tantam igni cognationem habere videtur, vt priuſq; flammam attingit, per ipſum luminis ſplendorem medium per ſæpe aerem incendat. Cuius vim atq; noſtram volentes oſtendere Barbari, cum angi portum qui ad regium ducit domicilium ea re Paulis per irroraſſent, primo crepuſculo extrema in parte conſtituti, faculas guttis admouere, Vix dum pręmis incenſis, haud ſenſim flamma depaſcens, vnico mentis intuitu finem inuaſit alterius, ita vt angi portus perpetuum foret incendium. Sed hæc quę diximus de ignino ma ſpecu dæq; Naphtha vmbra ſunt futurorum malorum quæ tenebrarum nomine præfigurantur vel ſignificantur. Dicit autem Alex. de Aleſ. 21.q.115. Alex. Ale. q miniſtri hi quibus traditur homo iſte ligandus, gaudent quidem de malorum perditione; ſed gaudio pleno multa felle. Sunt enim adhuc in ſtatu, in quo poſſunt demereri. Sed cum tradẽtur in ſtagnum ignis, gaudium eorum peribit. Si dicas, quomodo dicit Damaſcenus, quod eſt homini mors, hoc eſt angelis Caſus? Apoc. 7. Dicendum q verbum Damaſceni in parte eſt verum. In hoc enim eſt ſimile, q ſicut non eſt homini Damaſce. B poſt mortem regreſſus ab inferis ad vitam naturæ, ita nec dęmoni ad vitam gratiæ. In hoc autem eſt diſſimile, q homo poſt mortem non poteſt demereri, angeli poſt lapſum habent tempus demerendi. Dicit autem & Origenes. Has tenebras exteriores non tam aereum aliquem obſcurum & ſine lumine locum Origenes. intelligere debemus, q̃ q profundæ ignorãtiæ tenebris immerſi, extra diuinæ intelligentiæ lumen effecti ſunt. Poteſt etiam hoc intelligi, q ſicut ſancti poſt reſurrectionem lucida corpora recipient, vt fulgeant Dani. 12. ſicut ſtellę in firmamento aut ſicut ſol in regno patris eorum (Matth. 13.) Ita impij qui in hac vita errorũ tenebras & ignorantię dilexerunt, obſcuris & tetris poſt reſurrectionem corporibus induantur, vt ea ipſa caligo ignorantiæ quę in hoc mundo interiora mentis eorum obſederat, in futuro per exterius corporis appareat indumentum, ſicut dicitur, facies omnium ſicut nigredo ollę. Ligantur autem manus eorum, quas Naum. 2. diu ſub aſcellis tenuerunt, & pedes quibus ad bonum ſemper retrogradi more cancrorum, & malum veloces fuerunt, ibi erit fletus, & ſtridor dentium: Qui quippiam acerba manducauerunt, malicia ſtupidi C erant effecti, alias autem tripartito ordine dentium armati ad effundendum ſanguinem iuxta illud Pſal. Prouerb. 56. Filij hominum dentes eorum arma & ſagittę. Hilarius. Sed nunquid inuitandorum habitum deſignarat rex iſte, iubens per pręconem edici, vt omnes nuptialibus induti, venirent? Deinde cum inuitari Dani. 7. Hilarius. quoſque iuſsiſſet, quomodo vnus omnibus poterat eſſe veſtitus? Aut ſi certus ex conſuetudine conuiuantium in nuptijs habitus ſoleret eſſe, a miniſtris & inuitantibus potuiſſet inhiberi. Sed quia malos intelligere non omnium eſt, ſed eius tantum qui ventilabrum habet in manu, & humana ſimplicitas difficile lupum ſub ouina pelle & fraudulentiam humanę mentis intelligit, idcirco hunc malum & indignum Lucę. 3. cœtu nuptiali dominus ſolus inuenit, qui vnum ſolum iuſtum reperit in Chaldęa Abraam patrem fidei noſtrę. Geneſ. 12. Sed ſi vnus tantum electus eſt, quid eſt quod ſequitur, multi ſunt vocati, pauci vero electi? Auguſtinus ſuper Pſal. 61. Conuocaſti turbas, venit ingens multitudo, multiplicati ſunt ſuper nu- Auguſt. D merum (vel multiplicata) impletę ſunt nuptię diſcumbentibus, proiectus eſt inde vnus ſolus, & dicis multos vocatos, paucos electos? Cur non potius omnes vocatos, multos electos, vnum proiectum? Qui ſunt electi, niſi qui remanſerunt? Sed quomodo proiecto vno, de multis pauci electi: Niſi quia in illo vno multi? Nam & alias iuſtorum numerus ſeptem milium numero ſignificatus eſt. 3. Reg. 19. Habent enim & impij ſuam vnitatem ſed in malum, de qua dicitur, venite faciamus nobis ciuitatem & turrem, cuius culmen pertingat vſque ad Cęlum. Gene. 11. Et rurſus, venite coronemus nos roſis. Sapien. 2. Et illud, venite mittamus lignum in panem eius, &c̄. Hiere. 11. Omnes igitur iſti qui ciues fuerunt mundi, inimicis crucis Chriſti, nomine vnius huius ſignificati ſunt, qui ligatis manibus & pedibus, tanquam cadauera putrida extra mundum proiecti ſunt vel proijcientur, vbi conſortium nullum habebunt niſi forte cum vermibus. Philip. 3. Eſai. 14.

E

## Caput. v. Rogatur dominus a Phariſęis & Herodianis, vt pote qui homo verax ſit, & viam Dei doceat, vtrum nam liceat tributum pendere cæſari, an non, dominus oſtenſo ſibi numiſmate, dixit, date deo quæ ſunt Dei: Itidem & Cæſari.

Tunc

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ue pœni. dist.6.ca.1. TVnc abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt, vt capetent eum in ſermone, Lucas, & obſeruantes, miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, Matthæus & Marcus, quoſdam videlicet ex Phariſæis cum herodianis, Lucas, & traderent eum principatui & poteſtati præſidis. Et venientes interrogauerunt illum dicentes. Matthęus, Magiſter ſcimus q verax es, & viam Dei in veritate doces. Marcus, & nō curas quemquam. Lucas, recte dicis & doces. Matthęus, non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominum: Marcus, neque enim vides in faciem hominum, Matthęus, dic ergo nobis, quid tibi videtur: tres euangeliſtę, licet nobis tributum dare cæſari, an non? Marcus, an non dabimus? Iudæorum populus trifariam diuiſus erat, in Phariſęos videlicet Sadducęos & heſſenos. De Pha- F
riſęis & Sadducęis referunt euangeliſtę. De heſſenis ita dicit Plinius lib 5. cap. 17. Gens heſſenorum quos
fugitant vſque quaq; nocentes. Gens ſola & in toto orbe pręter cęteros mira, ſine vlla fœmina, omni venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. In diem ex ęquo conuenarum turba renaſcitur, longe frequentantibus quos vita feſſos ad mores eorum fortunę fluctibus agitat ita per ſęculorum milia (incredibile dictu) gens ęterna eſt, in qua nemo naſcitur, tam fœcunda illis aliorum vitę pœnitentia eſt. Iuxta
Chryſoſt. quod dicit Chryſoſt. Omnis malicia confunditur aliquoties ratione veritatis, corrigitur autem nūquam, maxime eorum qui propoſito malo, & non ignorantia peccant, atq; vt dicitur, prudentes & ſcientes ma-
Prouerb. num mittunt in prunas. Sumptum videtur Prouerbium a notiſsima hiſtoria M. Sęuolę de quo Val. M. lib. 5. cap. 5. Hic enim pertęſus longam obſidionem qua porſena hetruſcorum rex Romam obſidebat, caſtra eius clam ferro accinctus intrauit, immolantemq; aut altaria conatus eſt occidere. Cęterum a militibus oppreſſus, nec cauſam aduentus texit, & tormenta quantopere contemnerent, mira patientia oſtendit. Pertęſus enim credo dexteram ſuam, q eius miniſterio in cęde regis vti nequiuiſſet, iniectam foculo, G
exuri paſſus eſt. Sequitur ex Val. Max. Dij immortalis admotum aris cultum nullum attentioribus oculis viderunt. Sequitur. Porſena vero rex in admirationem verſus, reuertere inquit muti ad tuos & eis referto cum vitam meam petieritis, a me vita donatum. Et iſti ſunt qui, iuxta propheram deſcendunt in infer-
Pſal. 54. num viuentes. Ecce enim ſacerdotes poſtq; dominum terrere non potuerunt dicētes, in qua poteſtate hęc
Matth. 21. facis, poſt q̃ parabolarum ratione conſtricti, ſuo iuditio ipſi ſe reos fecerunt, dicentes, malos male perdet, nemine contra eos dicente teſtimonium, niſi ſola conſcientia, nunquid compunxit eos timor peccati, vel libertatis conſideratio? Sed quid? Abierunt & conſilium inierunt. Quibus cum? Cum Herodianis, qui nec deum timebant, infideles enim erant, nec homines verebantur. Sicut autem non poteſt fieri, vt ligna mittendo, ignem extinguas, ſic non poteſt fieri, vt rationem reddendo places hominem, qui litem mouet vel
Prouerb. de lana caprina. Sed ad rem. Dicunt quidam inquit Abulenſ. q quando Octauianus fecit deſcribi vniuer- H
Abulenſis ſum orbem, & pręcepit vt ſinguli profiterentur ſubditos ſe eſſe Romani imperij, quilibet ſoluębat denarium, & ex eo tempore dicunt impoſitum tributum quod ſolueretur annuatim. Quid ſit autem cēſus vel cenſeri, vel capite cenſi dictum eſt Lucę. 2. Ita dicit Hieronymus, Cęſar. A. qui Iudęam tribunariam fece-
Hierony. rat, Herodem filium Antipatri alienigenam & proſelytum regem Iudęis conſtituerat, qui tributis pręeſſet, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur iſti boni conſultores quoſdam ex Phariſęis diſcipulis
Prouerbiū ſuis malorum coruorum peſsima oua cum huius Herodis militibus. Chryſoſtomus. Coloni Dei adiuto-
Chriſoſto. rium diaboli non requirunt, coloni autem diaboli adiutorium Dei non quęrunt, & ſi quęrunt non inueniunt. Vidiſti aliquem euntem ad furtum, & orantem deum, vt bene proſperetur? Quod ſi fecerit, non ſolum non iuuatur, ſed amplius traditur, quia neſcit iuſtus iudex patrocinari criminibus. Conſilium capiunt Phariſęi, vt Ieſum capiant, & quales conſiliatores tale conſilium. O quoties conſiliati ſunt de perdendo domino Ieſu, & nunq̃ vel ſemel inierunt conſilium vt crederēt in illum. Imo cęco dicenti: Num & vos I
iam ſanius ſapientes & rem perpendentes ſerio, (ſatis enim cito ſi ſatis bene, quia ſatius eſt recurrere quam
Prouerbiū male currere) vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt maledictione peſsima dicentes, tu in peccatis totus
Ioan. 9. natus ſis diſcipulus eius. Diſcipuli igitur iſti ętate quidem erant iuniores, malicia autem pares, quia & pulli ſerpentem ſtatura breuiores, veneno ęquales ſunt. Et Catuli Lupini adhuc teneri & ſi venationem capere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt. Origenes. Frequenter Iudęi ſemel
Origenes. tributarij facti, radicitus interire periclitati ſunt ſub Romanis, volentibus ſtatuam cęſaris introducere in domum Dei, reſiſtentes & prohibentes tortiores ſuper ſe factos propter peccata. Pilatus enim ad hoc eos
Eſai. 5. ſemel coegit. Similiter autem & factum eſt tempore. C. Cęſaris. Exiſtimamus ergo q quandiu quidem ſpeculabatur populum illum deus, & circundatus erat ſępe dominicę tuitionis quaſi vinea domini Sabbaoth: nihil huiuſmodi contingebat eis. In primis autem Pilatus ipſe cui tradiderant Chriſtum, auſus eſt K
populum inquinare, quod grauius erat captiuitatibus vniuerſis. Quoniam omnis captiuitas quam frequenter ſunt paſsi, corporis erat vexatio, ſicut & tributa, introductio autem ſtatuę in templum, animarum erat interitus. Iudęi autem poſt captiuitatem Babylonicam idololatraſſe non leguntur communiter. Et in tempore ergo Chriſti quando tributum iuſsi ſunt dare Romanis, cogitatio & conſilium erat apud Iudęos vtrum qui Dei populus erant & portio, deberent dare tributum Romanis, an pugnare pro libertate, niſi permitteretur eis viuere ſicut volebant. Huius opinionis fuit Iudas quidam Galilęus, de quo Lucas in actis. cap. 5. Qui docebat verbo & facto, non debere dari tributum Cęſari. Inſuper dicebat, Cęſarem neq; dominum neq; Cęſarem appellandum. Qui autem erat in tempore illo Tetrarcha, ſuadere populo feſtinabat, vt ſtatui pręſenti conſulerent, & non voluntarię contra fortiores ſuſciperent bellum, ſed

acqui-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

acquieſcerent dare tributum. Sermo quidem euangelij hoc oſtendit licet non manifeſte. Non enim habe-
rent Phariſæi occaſionem dominum tentandi, ſi manifeſtum eſſet apud populum, vtrum eſſet dandum
tributum Cæſari, vel non. Itaq; cum de pendendo tributo non apud omnes conueniret, quibuſdam dicē-
tibus, indignum eſſe, populum Deo ſacrum idolorum cultoribus pendere tributum: cuius ſententiæ erant
Phariſæi & ſui ſequaces, rurſus erant, qui Cæſaris partes tuentes, dicerent oportere ſolui tributa, & huius
opinionis fautores dicti ſunt Herodiani, ſicut Paulo ſuperius dictum eſt de mente Hieronymi, ſperabant
autem Phariſæi (ſed deluſi ſunt hiantes corui) vt dominus Ieſus propoſita interrogatione, magis fauens li-
bertati gentis ſuæ, apud quam cultus Dei vigebat, ꝗ impio Cæſari ſolita libertate pronuntiaret pro Iu-
dæis contra Herodianos, non eſſe videlicet pendendum tributum Cæſari, ſic mox raptum tanquam Cæ-
ſari rebellem, Herodi ſiſterent, daturum pœnas quas ante Teudas & Iudas dederunt. Actu.5. Venietes igi-
A tur coniurati iſti, lupi in ouina pelle, ferentes mel in ore aculeos in dorſo velut ſcorpiones (Aue Rabbi) Matth.26.
interrogant illum, dicentes. Magiſter ſcimus ꝙ verax es, & viam Dei in veritate doces. Iſti ſunt quibus 1. Reg.17.
optime congruit illud ex Prouerbio, altera manu panem oſtentat, altera lapidem fert, ſicut legimus de Da
uid pugnaturo cum Philiſtæo, qui baculum præ ſe ferebat, ſed lapidem infixit illi in fronte. Magiſter in-
quiunt. Et iſti ſunt qui alias dicebant, dæmonium habet, quid eum auditis? Ioan.10. Sed vulnus ſuum ale-
bant venis, & cum cæco carperentur odio, viuente ſub pectus vulnere inuidiæ & infidelitatis, tamen in-
terim magiſter inquiunt, nos perſuaſum cum habeamus, te viam veritatis in veritate docere, ſententiam
tuam ſuper hac vna re conſulendam exiſtimauimus, & maxime cum ex multis omnibus palam ſit, te per-
ſonam hominum non accipere, cum non ſit tibi cura de aliquo: (Non curas quenquam. Multi enim ver-
bum reticebant ne quoſdam offenderent). Præterꝗ de vna veritate. Hoc eſt iuxta Prouerbium melle li-
tus gladius. Vnde iuxta Lucam iſti ſcorpij aculeati iuſtos ſe ſimulabant, hoc ſceleratiores, quo fraudem
addebant maliciæ, ſicut ſceleratior eſt qui veneno occidit, ꝗ qui gladio. Quid enim ſimulata iuſticia ca-
B pitalius? Lupi inquit erant, ſed perſonati, foris Catones Simeones, iuſticiæ oculi, intus reguli viperæ, læ-
tale mulſum propinantes. Mira vero malicia hæc eſt, Non enim dicunt, dic nobis quid faciemus, omnino Actu.10.
calculo noſtro approbabimus ſententiam tuam, ſed quid tibi videtur. Origenes. Cum dicunt, non accipis Origenes.
perſonam hominum (nihil verius) prouocant eum iſti boni, vt qui accipiat perſonas Herodianorum, qui
partes Cæſaris defendebant, ꝙ ſi hoc faceret, traderetur Herodianis vel Romanis quaſi receſſionis autor.
Si autem iuberet tributa dari, traderent Phariſæis, quaſi perſonas hominum aſpicientem, magis ꝗ docen-
tem viam Dei in veritate. Sed nunquid Herodiani non liberarent eum a Phariſæis, ſi partes eorum tuere
tur Chriſtus? Forte Herodiani audito ꝙ pro Cæſare pronunciaſſet, abirent, non curantes quid de illo ſta
tuerent Phariſæi. Sicut autem dicit hic Theophyl. Fuit quædam hæreſis tunc nuper orta dicentium He- Theophy
rodem eſſe Chriſtum, eo ꝙ in temporibus illius defeciſſet ſucceſſio regum Iudaicorum, verum communis
C opinio eſt ꝙ iſti erant milites Herodis. Quod autem dominus perſonam hominum non acciperet ex
multis locis euangelij perſpicuum eſt, ſicut illud, Neſcitis quid petatis. Item illud, ꝙ Herodem vulpē ap-
pellauit. Lucæ.13. Item ꝙ ad domum reguli, nec rogatus acceſſit. Ioan.2. Ad domum Centurionis paratus
erat ire. Sed & ex præſentibus liquido apparet, quandoquidem vocantes ſe magiſtrum, hypocritas reſalu- Matth.20.
tat, vt qui aliud ore aliud corde ferebant. Et iuxta Hieronymum, ſæpe adulantium reſiſtimus verbis ad Matth.8.
faciem, & in ſecreto mentis fauemus (quid enim tritius?) non cogitamus quid ſumus, ſed quid alijs eſſe vi Hierony.
deamur. Vnde eo perducta res eſt, vt neglecta veritate meriti, de ſola opinione curemus, qui teſtimoniū
vitæ noſtræ non a conſcientia noſtra, ſed a fama petimus. Sunt autem adulatores humani generis peſtis,
& ſi Plutarcho credimus, perpetuum malum regum, qui dum ea quæ volunt libenter audiunt, ſe adulari
ſinunt, & falli æquo animo patiuntur. Et tamen inter tot inſanorum principum aſininas auriculas reper- Plutarch.
tus eſt vel vnus in hac parte ſanus, Tiberius. C. qui adulationes vſq; adeo auerſatus eſt, vt neminem Se- Tiberius.
D natorum aut officij aut negotij cauſa ad lecticam ſuam admiſerit. Conſularem vero ſatisfacientem ſibi,
ac per genua orare conantem, ita ſuffugit, vt caderet ſupinus, atq; etiam ſiquid in ſermone vel in cōtinua
oratione blandius de ſe diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare continuo.
Dominus appellatus a quodam, denuntiauit ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret. Alterum dicē-
tem, ſacras eius occupationes, & rurſus alium autore eo ſenatum ſe adijſſe, verba mutare, & pro autore
ſuaſorem, & pro ſacris laborioſas dicere coegit. Et tamen hic eſt qui aurea ſecula in terrea mutaſſe dictus
eſt. Erat tamen vt diximus in adulabilis, cum virtutum omnium vitricus eſſet & nouerca. Vere igitur di-
ctum eſt, non reſpicis perſonam hominum etiam ſi ſit Cæſar, ſit vel Herodes etiam ſi ſit rex Dauid, cui di- 3.Reg.15.
ctum eſt ex perſona Dei, Tu es qui feciſti hanc rem. 2. Reg.12. Et illud, Tu o Achab rex & domus patris
tui turbaſtis Iſrael, qui dereliquiſtis mandata domini, & ſecuti eſtis Baalim. Perſonam inquit non acci- Rom.2.
pis, cuius ſolius iudicium eſt verax, quia non ſecundum viſionem oculorum iudicat, nec arguit ſecundum Eſai.11.
auditum aurium. Magiſter inquiunt verax es. Et hæc dicebant expulpantes illum. Et mirabile eſt quemo
E do vel volentes vel inuiti veracem vocant, quem ſepultum, ſeductorem vocabant. Matthæ.27. Ego autē
candide lector vt ingenue dicam quod ſentio, neſcio an alicui mortalium datum ſit vel dabitur (duobus
exceptis vel tribus) vt omnino perſonam hominum non accipiat, ſed ſicut fingunt poetæ de iudice Rha-
damanto ipſas cauſas nudas ſuſcipiat, ignorans interim num reges ſint qui iudicantur aut cerdones. Cum Iudex.
igitur inquiunt huiuſmodi ſis qui facilius ſcandalum oboriri permittas, ꝗ veritatem tacere, rogamus dic
nobis, dabimus ne tributum Cæſari an non dabimus? Multa nouis oportet, vt deum fallas. Vides ꝗ blan-
diſſimo prooemio exordiuntur iſti inſigniter ſcelerati Phariſæi & Herodiani, qui cum inter ſe diſſentirent
in dogmatis, in odium tamen Ieſu coniurauerant, ſicut Pilatus & Herodes. Lucæ.cap.23. Poterat quidē
dominus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

dominus reſpondere, velitis nolitis, dabitis, ſiue ego pro Cęſare dicam, ſiue reſpondeam pro libertate Iu-
deorum, quandoquidem ſententia Chriſti apud populum per id temporis, quid aliud erat quàm vna hirundo
quæ non facit ver? Non tamen hoc reſpondit, ſed velut qui perſonam non acciperet, ſed conſcientiam, ſic
verba ſua temperauit, vt dentes eos lupinos quos celabant in ore ipſorum contereret. Sequitur. Cogni-
ta autem Ieſus nequitia eorum. Iuxta Matthęum vel verſucia, Iuxta Marcum, aut iuxta Lu-
cam. Cognito dolo eorum, ait. Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi nomiſ-
ma cenſus, Iuxta Matthæum, vel denarium, iuxta Marcum & Matthęum. At illi obtulerunt
ei denarium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hæc & inſcriptio, iuxta tres euangeliſtas.
Et reſpondentes dixerunt. Cæſaris. Et ait illis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæ-
ſari, & quæ ſunt Dei Deo. Lucas: & non potuerunt verbum eius repręhendere co-
88. diſt. ca. ram plebe, & mirati in reſponſo eius, tacuerunt. Matthęus: & audientes, mirati ſunt, F.
eijciens in ſi. & relicto eo abierunt. Conſiderans inquit homines illos ſeſculixes verſipelles, qui vngebant vt pū-
gerent, qui guttur fricabant, vt gladium profundius immergerent, qui retia ſua te tenderant, vt dominum
ſcotus, 3. di vel in verbo vnico illaquearent (hoc enim ſignificat verbum, pagidenoſin, illaqueare, pagis enim laque-
ſtin. 24. q. eſt, quo feram capimus aut auem) quorum vox cum eſſet Iacob, manus re vera erant Eſau. Geneſ. 27. O
vnica. inquit homines vultu, veneno viperę, ologo dędali aſtu vulpes, ſęuitia vultures, quouſque re infœliciter
Vulpes. tentata, non conquieſcitis? Quid inquit me tentatis? Vulpes aliquando venatores fugiens, multa decurſa
via, virum ligna cædentem offendit, hunc orat, vt ſe abſconderet, a quo ei oſtenſo tugurio ingreſſa deli-
tuit. Venatoribus vero rogantibus, num vulpem vidiſſet, voce quidem negabat, ſed manu locum vbi la-
tebat eis oſtendebat. Id illi cum non intellexiſſent, abierunt. Egreſſa vulpes abibat, hoſpite in ſalutato.
Eo ipſam accuſante, quod ſeruata a ſe, gratias non ageret, Vulpes inquit: ego vero gratias egiſſem, ſi verbis
ſimiles & manuum geſtus & mores habuiſſes, hoc eſt, ſi ſicut vox eſt Iacob, eſſent & manus. Hoc eſt igi- G
tur quod dominus dicit. Vos ſileni eſtis, qui doctrinę gratia dicitis ad eſſe, cum reuera laqueos paretis pe-
dibus meis, & naſſam inquam me detrudere vultis, confido autem quod veſtro met laqueo capiemini, & in-
Pſal. 7. cidetis in foueam quam aperuiſtis. Oſtendite mihi denarium cenſus. Obtulerunt igitur ei denarium qui
imaginem pręſe ferebat & inſcriptionem Cęſaris. Et eo conſpecto, quaſi qui parum cognoſceret eiuſmo-
di inſcriptionem ac imaginem, cuius omnis conuerſatio in cęlis erat, quique tributum e mari petito di-
Phil. 3. drachmo ſoluerat, pro ſe & pro Petro, Matth. 17. Cuius eſt inquit imago hęc & inſcriptio? Reſponſum eſt.
Cęſaris eſt vtrunque, vel Iulij vel Auguſti vel Tiberij. Vt igitur dominus declararet ſe non in hoc ve-
niſſe in mundum, vt pacem turbaret reipublicę, quę ſuis legibus conſeruatur, ſicut alias dixerat, orate pro
pace ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, quia in pace illius erit pax vobis, reddite inquit Cęſari ſi
quę ſunt Cęſaris: primum autem quærite regnum Dei, hoc eſt, ſed in primis, reddite Deo quæ ſunt Dei.
Non ergo dixit, iuſtum eſt vt ſoluatis cenſum, nec dixit, omnino non licet reddere. Si enim dixiſſet pri- H
Hiere. 29. mum, calumniarentur, quod male pronuntiaſſet, Gentem Iudæorum tributariam pronuntiando. Si autem
Matth. 6. diceret, ne ſoluatis tributum, qui Deo decimas pendentis & primicias, nihilominus in retia incideret He-
rodianorum. Itaque cum ipſi interrogati fateantur ſe vti in ſuis commertijs pecunia ſignata imagine &
inſcriptione Cæſaris, conſequenter conſitentur aliquid ſe debere Cæſari. Ita qui conabantur dominum
Chriſtum verbis illaqueare ſuiſmet, ſuis ipſorum verbis capti ſunt. Reddite igitur Cæſari ſua, quæ tamen
23. q. finali. dominus Ieſus nunquam dixiſſet (mea quidem ſententia) niſi illaturus fuiſſet, & reddite item Deo quæ
c. couenior Dei ſunt. Quę ſint autem hęc quę Deo reddenda ſunt, Paulus vnico verbo complectitur dicens: Nemini
& ca. pręcedenti. quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Rom. 13. Sed de cenſu & tributis pendendis Cęſari, quoniam
Exo. 5. ipſe exactores ſuos habet, qui conſuetum numerum laterum exigant & extorqueant a ſubditis, interim
vellicantes verem paxillo nudiorem, ipſi viderint nos de cenſu Deo perſoluendo dicamus aliquid, pecu-
nia enim Dei ſumus, ad imaginem Dei conditi. Atque vtinam non dicatur de nobis, argentum reprobum
vocate eos. Fruſtra conflauit conflator, malicię eorum non ſunt conſumptę. Et illud. Tu ſignaculum ſi- I
Hiere. 6. militudinis plenus ſapientia, in delitijs paradiſi Dei fuiſti. Signaculum in prima conditione imprimitur
Ezech. 28. homini, ſimilitudinem autem noſtro Marte acquirere debemus, gratia Dei comite indiuidua, de qua Pau
I. Cor. 15. lus, gratia Dei ſum id quod ſum, Ecce hominis creatio, & gratia eius in me vacua non fuit: Ecce ſimilitu-
Matth. 5. dinem quam per opera debemus acquirere, iuxta illud, eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis. Quod
autem dicit, in paradiſo Dei fuiſti, id circo dicit, quia iuxta Hieronymum multi principes habent paradi-
Hierony. ſum ſuum in hoc ſęculo. Origenes. Tu tamen o homo quicunque es, caue ne ſeculum iſtud ingrediens, ſigna
Origenes. culo diaboli ſis impręſſus. Circumit enim ipſe & luſtrat omnia, volens & ipſe ſignare corda ſubiectorum
Apoc. 13. ſibi vel in manu, fronte vel corde. Huius triplicis characteris quia nullum ſuſceperat dominus Ieſus, venit
inquit princeps mundi huius, Ioan. 14. & in me non habet quicquam. Itaque iuxta eundem Origenem, K.
Idem. cum drachma ſimus decima cęleſtis grarij, intra nos imprępſſam imaginem cęleſtis regis. Filius autem Dei
eſt pictor huius imaginis. Et quia talis ac tantus eſt anthropographus, obſcurari per incuriam poteſt, de-
leri per maliciam non poteſt. Manet enim ſemper imago Dei in nobis, licet nos nobis ſuper inducamus
imaginem beſtię vel Cęſaris. Cum enim verbi gratia te libido fucauerit, induxiſti vnum colorem terre-
num, induxiſti litteras quaſdam, de quibus ſcriptum eſt, peccatum Iuda exaratum eſt ſtillo ſuper latitu-
Hiere. 17. dinem cordis eorum. Quomodo inquit obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus: Trenorum. 4.
Dani. 2. Quomodo caput aureum degenerauit in pedes ferreos! Hoc eſt quod legimus. 3. Reg. 14. Cum rex Seſac
ſuſtuliſſet de domo domini omnes theſauros, & ſcuta aurea quę fecerat Salomon, repoſuit pro eis Roboā
Figura. filius eius ſcuta ęrea, electrum verſum eſt in ſcoriam, iuxta Prouerbium: Mandrabuli mores reſeunt, hoc
eſt oſten-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

eſt oſtendere vmbram pro corpore. Et cuius eſt imago hæc Tetra proſopa, quæ ab auro incipiens, in lutū deſinit? Cæſaris aut chimeræ. Et tamen hic eſt qui in prima ſui creatione omni animali præficitur. Dicit autem Ales. 2.1.q.20. ꝙ expreſſa ſimilitudo Dei in homine, de qua dicitur, faciamus hominem, &c. Poteſt attendi ratione potentiæ præſidentis, & ſecundum hoc dicit Auguſtinus, ꝙ nulli creaturæ dedit deus vt eſſet ad imaginem Dei niſi homini Gene. 1 Dicit enim vt pręſit piſcibus, &c. Dicitur & imago ratione proprietatis in cognoſcendo creaturas, item ratione capacitatis beatitudinis, & his duobus modis tam homo ꝙ̄ angelus ſunt imago vel ad imaginem Dei, item ratione immortalitatis, quia ſicut angelus ita & anima eſt immortalis. Dicitur etiam ratione finis creaturarum, ſicut dicit & philoſophus, ſumus nos quodammodo finis omnium, & ſic homini tantum congruit. Apelles cum ætate ſua maximi pictores eſſent, horum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus, de eſſe illis vnam illam venerem dicebat, quā Græci charitem vocant, Cætera omnia contigiſſe, ſed hanc ſoli datam, nemini parem. De hac gratia quę maxime elucit in homine interiore, dicit ſpiritus ſanctus. Tota quidem pulchra es amica mea, ecce tu pulcha es, oculi tui columbarum & cætera quæ habes Canti. 4. de labijs, dentibus, genis collo & vberibus quæ pertinent ad exteriora ſileni, cæterum pulchritudinem animæ concreatam vnico verbo expreſsit dicens, abſque eo quod homines latet. Vos igitur ſi optimi trapezitæ eſtis inquit Hieronymus, iuxta conſilium apoſtoli. 1. Theſ. 5. omnia probate, quod bonum eſt tenete, qualitatem primum, cum figuram, tum inſcriptionem & pondus exquirite, ne aut ſub auri ſpecie æs latebat, aut quod vere aurum eſt monetæ reprobæ figura de honeſtet, aut quod aurum eſt & rectæ figuræ, hoc non integrum pondus leuiget, aut inſcriptio obſoleta ſuſpectum reddat. Omnia enim hæc ad amuſim exquiret a nobis ille de quo ſcriptum eſt, ſedebit conflans & emundans argentum, &c. De inſcriptione obſerua illud, ſi fuerit Chonias filius Ioachim regis Iuda anulus in manu mea, inde extraham eum. Hieronymus. Iechonias interpretatur domini præparatio, cui in præſenti loco prima ſyllaba, id eſt domini nomen aufertur, & dicitur Chonias, vt ſub audiatur perditioni & interitum præparatus, non enim habet integram inſcriptionem. Et quæ ſunt Dei Deo. Reſpondet tacite quomodo Phariſęorum, videlicet quomodo ſtaret ꝙ eſſet homo tributarius Deo, cum & Cæſari. Alia inquit ſunt redenda Cæſari, alia Deo. Cæterum ſi requiras quæ ſunt ea quæ iure debentur Cæſari, reſpondet Tertullianus, nempe ea omnia ſunt Cęſarum, quæ vi & armis occuparunt. Quod ſi omnes populi inquit penes quos ſit imperium ipſiq; Romani qui orbem poſſedere, iuſticiam ſequi velint, ac ſuum cuiq; reſtituere, quod vi & armis occuparunt, & caſas & magalia egeſtatemque reuertentur. Quod ſi fecerint, iuſtos eſſe dicamus quidem, ſed tamen ſtultos iudicare neceſſe eſt, quia vt alijs proſint, ſibi nocere contendunt. Et tamen non patitur ipſa inſtitutio naturę, vt tuditeris cum alterius detrimento. Reddite ergo quę ſunt Cęſaris Cęſari Tiberio videlicet Auguſti priuigno, qui ei ſuccesſit. A primo enim Iullio Cęſare qui imperium vſurpauit omnes deinceps Cęſares appellati ſunt. Et quę ſunt Dei Deo, decimas videlicet oblationes, primitias, &c. Origenes. Hoc enim modo poſſumus duobus dominis ſeruire, ſi anima detur Deo, & corpore ſeruiamus Cęſari. Vel demus corpori neceſſaria, cibum ſomnum & veſtitum, & quęcunq; neceſſaria ſunt ad repauſationem corporis ſimplicem, quibus ſine conſiſtere non poteſt carnis natura & infirma, demus autem animę noſtrę quęcunq; ad virtutem cōducunt. Si autem Cęſar princeps harum tenebrarum intelligatur, reddamus ei quę ſua ſunt, id eſt omnes malicias & vicia, vt his depoſitis, poſsimus Deo reddere quę ſunt. Docemur autem ex verbis Chriſti: vt cum aliquis quęrit a nobis, non vt diſcat, ſed vt tentet & cauſam accuſationis inueniat, nec omnino tacendum eſſe, nec ſimpliciter reſpondendum, ne ſanctum detur canibus. Matth. 7. Et non potuerunt verbum eius reprehendere. Non potuerunt illaqueare illum, & aperire ſibi feneſtram, vt illum caperent in ſermone. Habet enim & ſimplicitas euangelica ſiue columbina quam prudentiam ſerpentinam. Et tamen cum mirarentur ſapientiam eius, qui ſic eluſiſſet caruinoſos coruos. (Vultures triduo pręuolātes vbi cadauera ſunt futura.) abſcedunt dolentes, ꝙ laqueus eorum contritus eſſet, & Chriſtus dominus liberatus eſſet ſicut paſſer de laqueo venantium. Vos igitur qui lucis filij eſtis, videte quomodo caute ambuletis, quia omnia plena ſunt laqueis tendiculis & muſcipulis, tamen ſi caute ambuletis, fruſtra iacietur rete ante oculos penatorum.

Margin: A. Ales. — Apelles. — A — Hierony. — Malach. 3. — Hiere. 22. — B — Hierony. — Matth. 6. — C — Origenes. — Matth. 10. — D — Pſal. 123. — Ephe. 5. — Prouerbiū

## Caput. vj. De Sadducæis negantibus reſurrectionem mortuorum, & de muliere ſeptinuba, & quomodo per ſcripturam confunduntur: quodque in cęlo erimus ſicut angeli, nuptię ibi nullę.

E IN illo die acceſſerunt ad eum Sadducęi qui dicunt non eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes. Magiſter Moſes ſcripſit nobis, vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & filios non reliquerit, vt frater eius ducat vxorem illius & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. 13.q.2.cap. Non extimemus. Erant ergo apud nos ſeptem fratres, & primus vxore ducta, defunctus eſt ſine filijs. Similiter ſecundus accepit eam, & mortuus eſt ſine filio: & neque iſte reliquit ſemen. Et tertius ſimiliter accepit eam vſq; ad ſeptimum. Nouiſſima omniū mortua eſt mulier. In reſurrectione ergo eorum cuius erit vxor? ſiquidem .7. habuerunt eam vxorem. Sadducęi adeo carnales erant, vt vere ad litteram de illis dictum videatur, homo cum in honore eſſet, non intellexit animę ſuę immortalitatem, Pſal. 48.

comparatus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

compăratus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Negabant enim reſurrectionem mortuo-
Eccleſi. 3. rum, angelum non credebant, hominis & iumenti vnum & eundem eſſe interitum aſſeuerabant. Et huic
ſuo impio errori, ac impudendo mendacio obumbrando turpitudinem fabulæ opponunt (ſi tamen fa-
bula eſt & non hiſtoria) vt reſurrectionis denegent veritatem. Potuerunt autem opponere alteram quã
Hierony. refert Hieronymus. Vidimus inquit Romæ duo inter ſe paria viliſsimorum hominum, vnum qui viginti
ſepeliſſet vxores alteram quæ viceſimus ſecundum ſepeliſſet maritum, extremo ſibi vt putabant neoga-
mij iſti matrimonio copulatos. Si igitur reſurrectio futura eſt, vel vnus vir reddetur viginti vxoribus, vel
3. Reg. 11. quod grauius eſt reddetur ſeptingentis & eo amplius. Væ autem homini illi, cui melius eſſet nũquam ſur-
rexiſſe, quàm ſeruituti addici tot vxorum: Aut certe vni vxori reddentur duo & viginti viri, quod monſtrum
Sabellicus natura ipſa non fert. Ergo reſurrectio futura non eſt. Mirabilis eſt ſtulticia Sadducæorum, qui argumen-
tantur contra communi, ex eo quod ipſi non credunt. Sabbellicus. Britanæ fœminę vno tempore denis & F
amplius viris matrimonio locabantur, habebantq; eas fratres cum fratribus communes, parentes cum li-
Strabus. beris, ac ſi qui ex his nati eſſent, liberi habebantur. Strabus. Mœdorum eſt regnum vxores multas habe-
re, pauciores quinque calamitatẽ ducere. Indi multas nuptas habent quas a parentibus accipiunt emptas
Troglodi. pari boum, & niſi caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Trogloditarum mulieres communes ſunt ſimiliter &
filij, niſi quæ Tyrannorum ſunt. Qui Tyranni vxorem corruperit, oue mulctatur. Cæterum de hac lege
vide Deut. cap. 25. Et Ruth. 4. Dicunt autem Hæbrei q̃ fœminæ Hebreę apud Aegyptum communiter
geminos pariebant, & interdum tres vel quatuor, nonnunquam autem & ſex. Vide Auguſtinum de ciui-
tate Dei lib. 18. cap. 6. Dicit autem Abulenſis, q̃ ſi frater natu minor moriebatur, frater maior non teneba-
Abulen. tur accipere vxorem defuncti. Nam ſuſcitatio hęc ſeminis erat propter continuandas lineas primogenito-
rum. Verum de his ipſi potius Sadducæi conſulendi ſunt qui nuptias ſomniant, imo qui velut bruta nihil
Eſai. 22. aliud dicunt quàm illud, comedamus & bibamus: Cras enim moriendum eſt. Vnde ſequitur. Et reſpon-
dens Ieſus, ait illis. Nonne ideo erratis neſcientes ſcripturas neque virtutem Dei? G
Iuxta Matthæum & Marcum. An non igitur erratis? ob hoc videlicet q̃ non intelligerent ſcripturas. Pha-
riſæi vero cęci auaritia. Lucas. Filij huius ſæculi vxores ducunt, & nubunt. Illi vero qui di-
gni habebuntur ſæculo illo & reſurrectione ex mortuis. Tres euangeliſtæ, neque nu-
bent neq; ducent vxores, Lucas: neque vltra mori poterunt. Aequales enim angelis
ſunt, & filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis. 27. q. 1. c. Nuptiarum. Matthęus & Marcus:
ſed erunt ſicut angeli Dei in cælo. Auguſtinus. Vltra mori non poterunt. Cõnubia propter filios
inſtituta ſunt, quia non eſt bonũ hominem eſſe ſolũ. Et licet duo mutuo foueantur. Eccle. 4. Tamen nec
Geneſ. 2. illud eſt bonũ, duos tãtũ eſſe, ſed creatis hoīe & fœmina imo anteq̃ fœmina formaretur, dictũ eſt, creſcite,
& multiplicamini. Ergo connubia propter filios ſunt filij propter ſucceſsionẽ, poſt peccatum ſaltem, ſuc-
Gene. 1. ceſsio propter mortem. Vbi ergo mors non eſt, Ergo nec connubia. Dicens autem dominus ideo erratis, H
&c. Oſtendit Sadducæos ignorantia magis quàm malicia peccare, ac per hoc dignos qui veritatem doceren-
tur. Erratis neſcientes potentiam Dei, qui mirabilior eſt in his quæ non videntur. Nam alioqui in multis
excedimur ab animantibus, puta pulchritudine, velocitate, ſagacitate, fortitudine, vitę longitudine, ocu-
lorum perſpicacitate cum interim homo natus de muliere breui viuas tempore, interim repleatur multis mi
Iob. 14. ſerijs: (Aegrotationum enim genera quis numeret?) Et fugiat velut vmbra fumi. Zelus & carnis tribu-
1. Cor. 7. latio cum vxore, rixę & ſectę cum conciuibus, diſsidia cum fratribus, cura filiorum ac rei familiaris augẽ-
dę, bellum cum exteris, lites nunquam finiendę cum congredibus, peſtes fames, terroresq; de cęlo tempe-
Pſal. 106. ſtates quę non raro ſegetes e manibus ſubtrahunt, & inter hęc incertitudo mortis certiſsimę. In hac igitur
vita, ſi tamen vita dicenda eſt, tot diſcrutiari hominem curis, tot angi ſollicitudinibus quę mẽtem lacerãt,
Oſee. 13. & precipitem agunt, ſicut ſcriptum eſt, aſcendunt vſq; ad cęlos, &c. Filij huius ſęculi vxores ducunt, &
1. Cor. 15. fœminę locantur viris, quia terra hęc terra eſt morientium. Verum vbi abſorta fuerit mors per victoriam I
reſurrectionis, qui digni reperti fuerunt tanti myſterij, quãdoquidem ibi nemo morietur, nemo gignetur,
nemo ſeneſcet, nullę ibi erunt nuptię, nullum ſubeundum hypodema, iugum nullum: ſed erunt velut an-
geli, quorum numerus non augetur, non minuitur, electis foras ſemel apoſtaticis ſpiritibus. Dicit autem
ſcotus in 4. diſtin. 49. q. 16. q̃ corpore beatorum erunt ſimul cum cęlo Impyreo. Id ita deducit. Cęlum eſt
corpus indiuiſibile, ſed beatorum corpora tranſeunt per ipſum, & poſt reſurrectionẽ. Poterunt moueri ad
omnem ſitum, nec oportet ponere adhoc miraculum, quia duo corpora poſſunt eſſe ſimul corpus beati cũ
corpore mortalis hominis. Cum autem dicit, neq; nubent, quod eſt fœminarum, neq; vxores ducẽt, quod
eſt virorum, oſtendit q̃ vterq; ſexus erit in cęlo. De dotibus autem quę olim tradebantur puellis (refert ve
ro veſtra id ſcire qui ciues eſtis ſęculi huius) ita dicit Budęus. Tacia Cęſonis filia maximam dotem ad vi-
Budęus. rum decem milia ęris attuliſſe viſa eſt, ideſt aureos centum. Cęterum Megalia quia cum quingentis milli-
bus ęris mariti domum intrauit aureis videlicet quinque millibus, dotatę cognomen meruit. Apud Maſſi- K
lienſes dos maxima centum aurei ſunt, & eo amplius in veſtem quinq;, & in mũdum muliebrem aurei. 5.
amplius autem doti dicere non licet. Hęc autem omnia noſtro ęuo nugę videbuntur. Quin & filię Sci-
pionis Affricani marito locandę aurei quatter centum dotis nomine conſtituti ſunt, cum filia eſſet tanti
ducis. Vnde habitus veterum patrimoniorũ cognoſci poteſt. Adhęc Hieronymus. Sed quomodo in cęlo
erunt ſicut angeli filij reſurrectionis? Cũ inter angelos non ſit mas aut fœmina. Sed dominus nõ ſubſtan-
tiam nobis angelorum ſed conuerſationem repromiſit & beatitudinem. Similitudem promiſit, veritatem
Matth. 22. negauit, cum ait, ſicut angeli. Erunt ſicut angeli. Hoc autem dicens dominus, tacite permittit errorẽ Sad-
ducęorum, qui angelos eſſe non credebant, & tamen ſuſcipiebant 5. Moſi libros: in quibus frequẽter fit de
angelis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

angelis memoria. His autem verbis oſtendit quæ ſit perfectio virginum. De hac enim [illegible]antum veritate lo
quens, dicit erunt ſicut angeli, nec hoc dicit de fide, charitate aut cæteris virtutibus. Vnde illud, non per- Virginitas
manebit ſpiritus meus, &c. quia carnes ſunt dictum eſt de his, qui acceperunt ſibi vxores, iuxta Philonē.
Et obſerua interim mirabilem Sadducæorum ſtultitiam, qui argumentantur contra dominum ex ijs quæ Gene. 6.
ipſi omnino non credebant, videlicet reſurrectionem futuram. Reſurrectio quidem omnium erit & im-
mortalitas, & quantum ad hoc tam mali ꝙ boni erant ſicut angeli, quia neutri v[illegible]res ducent. Sed quorū
conuerſatio in cœlis erat cum viuerent qui carnem crucifixerunt cum vitijs (Gal. [illegible]) Vocantur filij reſurre-
ctionis. Qui autem velut pecora curam carnis fecerunt in deſiderijs Rom. 13. Erunt vermium cibus, & Theophy.
ſanguiſugarum, quæ nunquam dicturæ ſunt, ſufficit. Prouerb. 30. Theophyl. Et filij Dei ſunt. Quare? Eo
ꝙ nihil corporeum in generatione eorum videatur, ſed omnia diuina ſint. Neq; enim in reſurrectione præ
A cedit vel coitus, vel ſemen vel vterus, ſed deus eſt qui generat corpora noſtra, modis quibus ipſe ſcit, in mē
ſuram gratis Chriſti. Et pro inde quia deus eſt, qui operatur in reſurrectione, merito filij Dei dicuntur, qui Epheſ. 4.
ea reſurrectione naſcuntur. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis quod dictū Matth. 22.
eſt a deo dicente vobis: Ego ſum deus Abraam, & deus Iſaac, & deus Iacob, non eſt
deus mortuorum, ſed viuentium. Marcus, cap. 12. de mortuis autem ꝙ reſurgant, non le-
giſtis in libro Moſi ſuper rubum, quomodo dixerit illi deus. Ego ſum deus Abraam
&c. vos ergo multū erratis. Moſen adducit Chriſtus contra illos, qui ipſi Moſen pro ſe adduxe-
runt. Lucas cap. 20. Quod vero reſurgant mortui, & Moſes oſtendit ſecus rubum, ſicut
dicit dominum deum Abraam, &c. Deus autem non eſt deus mortuorum ſed viuo-
rum, omnes enim viuunt ei. Quoniam autem in hoc propoſuerant domino problema illud Saddu
B cæi, vt irriderent reſurrectionem mortuorum quaſi rem adinaton, dignatus eſt dominus de tanto myſte-
rio differere apud rudes iſtos, qui tamen falſo nomine iuſticiæ ſeſe venditabant, (hoc enim ſignificat no-
men Sadducæi) qui licet ſcripturam diuinam non improbarent, quoties tamen eam legebant, velamen
erat ſuper cor eorum. Ad hæc Hieronymus. Quæritur, cum multo aptiora potuiſſet proferre de reſurre- 2. Cor. 3.
ctione teſtimonia: cur hoc protulerit, quod videtur ambiguum, vel non ſatis ad reſurrectionis pertinens Hierony.
veritatem, ſed quaſi probauerit quod volebat, intulerit: Non eſt deus mortuorum, & cętera. Dixi-
mus Sadducæos nec angelum, nec ſpiritum, neq; reſurrectionem confitentes, animarum quoq; interitum
prædicaſſe. Hi quinq; tantum libros Moſi recipiebant prophetarum vaticinia reſpuentes. Stultum ergo
erat inde proferre teſtimonia, cuius autoritatem non ſequebantur. Quod ſi animæ iuxta Moſi teſtimo- Caietanus
nium viuunt, conſequenter introducitur corporum reſurrectio. Sed hanc conſequentiam ſola fides credit,
C alioqui quomodo conſequatur non video: Eſto autoritas adducta probet animæ immortalitatem. Ad hęc
Ambro. Paſſus eſt dominus mortem ſubintrare, vt culpa ceſſaret, ne quo eſſet vita longior, peccati reſtis Ambroſi?
accreſceret. Ne forte inquit mittat manum, & ſumat de ligno vitæ & viuat in æternum. Alioqui grauius
eſt ad peccatum viuere, ꝙ in peccato mori. Vnde regio hæc iuxta Ezech. Plena eſt oſsibus mortuorum, Gene. 3.
quia plena eſt delictorum. Ad hæc Auguſtinus. Legimus in eccleſiaſtica hiſtoria, quoſdam martyres in Auguſt.
Gallia paſſos, quorum corpora canibus ſunt expoſita, canum quia reliquias atque oſſa ignibus concre- Cap. 57.
mata, cinereſq; eorum in fluuium proiectos rodanum, ne eorū aliqua eſſet memoria. Quod non ob aliud
credendum eſt diuinitus fuiſſe permiſſum, niſi vt diſcerent Chriſtiani, in confitendo Chriſtum, dum c[illegible]n-
temnunt hanc vitam, contemnere ſepulturam. Re ergo ipſa declaratum eſt, non ideo dixiſſe dominum:
Nolite timere eos qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent quid faciant; qui non eſſet promiſſurus, Matth. 10.
aliquid eos facere de ſuorum corporibus mortuorum, ſed quomodo quicquid facere permiſsi eſſent, nihil
D quo minueretur Chriſtiana defunctorum fœlicitas fieret, quo minus integra in iuditio reſurgerent. Et
ſciendum ꝙ non dixit, Ego fui deus Abraam, &c. Sed ſum, quia Deo nulla ſunt futura, nulla præterita,
ſed omnia preſentia. Nec dixit, ego ſum deus Abraam Iſaac & Iacob: quod videtur imperfectionis. Cum
enim dicimus (Verbi gratia) ager ille eſt illorum, oſtendimus, ꝙ vnuſquiſque illorum modicam partē ha-
bet in agro. Abraam autem totum habebat, ſimiliter Iſaac & Iacob. Apoſtolorum autem hoc eſt ſingula- Origenes.
re, quoniam ipſorum non tantum deus, ſed & pater & frater eſt, ſimulq; conſidera ꝙ dicens tertio deus
Abraam, Iſaac, Iacob, ſubiecit, non eſt deus mortuorum, inquo euidenter aſtruitur beatiſsimæ trinitatis
ineffabile ſacramentum. Non eſt deus mortuorum, &c. Abraam quidem vere mortuus erat, ſicut Iſaac
& Iacob, ſed quia vere excitandi ſunt, viuere dicuntur (ſicut econuerſo dicitur, nomen habes ꝙ viuas, &
mortuus es) alias Deo omnia viuunt. Quod enim factum eſt, in ipſo vita erat, eſt & erit. Ideo non dixit:
Ego fui deus Abraam, ſed ſum eroq;. Obſeruandum autem, ꝙ aliud eſt viuere in Deo, aliud viuere Deo.
E De primo dicit Ioannes quod factum eſt, in ipſo, &c. De ſecundo, non eſt deus mortuorum, id autē ſolis
hominibus competit, quia omnes reſurgent. Primum autem omnibus entibus eſt commune. De ſecundo
dicitur, venite adoremus regem cui omnia viuunt, & non dicitur, inquo omnia viuunt, cum ſolum ibi
pro vita functis oretur, & non pro omnibus entibus, quæ in deo habent eſſe & vitam. De hoc Ioan. 1.
Omnia igitur viuunt Deo, etiam neſcio qui lapides ex quibus excitare poteſt filios ipſi Abrahæ. Nam &
Chriſtus eſt Petra eſt & Petrus. Cæterum hæc ſententia: Omnes enim viuunt ei, ſimilis eſt illi, quod fa-
ctum eſt, in ipſo vita erat. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. Lucas, Re-
ſpondentes autem quidam ſcribarum, dixerunt ei. Magiſter benedixiſti. Quod tur-
bæ mirarentur, nullus miretur, noua enim reuera inferebat auribus eorum, quæ noua cum Paulus in-
gereret animis Athenienſium, verborum ſator vocatus eſt, & nouorum dæmoniorum annuntiator. Matth. 17.
Mirabantur & illud obturaret omnium ora prudentibus ſuis reſponſis; qui Faber & Fabri filius voca-
batur.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

batur. Marci.cap[illegible]. Cæterum Phariſæis non diſplicuit,& os obſtruxiſſet Sadducæis , præſertim in conclusione in qua veluti ex diametro pugnabant. Ideo obturato Sadducæorum ore, cum ex probrata pariter ignorantia ſcripturarum,recte inquiunt dixiſti magiſter,&c. Et amplius non audebant eum quicquã interrogare,patet.

## Caput sept[illegible]no. De quodam doctore rogante dominum, quod ſit magnum manda[illegible]m in lege, & quid dominus reſpondit, & quid replicauit doctor ille interrogatus dominus quando veniet regnum Dei inquit intra vos eſt.

Matth.22. PHariſæi autem audientes ꝙ occluſiſſet, ephimoſen os Sadducæis,
Marci.12. conuenerunt in vnum, Marcus, & acceſsit vnus deſcribis. Matthæus,
legis doctor. Marcus, qui audierat illos inquirentes, & videns quo- F
niam bene illis reſponderit, Matthæus & Marcus. Interrogauit tentans
eum. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege, Marcus: & pri-
mum omnium . Reſpondit ei Ieſus, ꝙ primum omnium mandatum
eſt, audi Iſrael, dominus deus tuus deus vnus eſt, Matthæus & Marcus.
diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota vel in to
ta anima tua,& in tota mente tua, Marcus:& ex tota virtute tua . Mat-
thæus & Marcus: hoc eſt primum mãdatum, Matthæus, & maximum. Matthæus & Marcus,
ſecundum autem ſimile eſt huic , diliges proximum tuum tanquam teipſum . Marcus,
maius horum aliud mandatum non eſt , Matthæus. In his duobus mandatis vniuerſa
lex pendet & prophetæ. De hoc multa diximus Lucæ.cap.10. Vbi ponuntur eadem fere verba. Ab G
euntibus igitur Sadducæis,manibus impoſitis capiti, vt quibus nihil pro voto ſucceſsiſſet, rurſus hydra
reſumptis viribus:caput toties conquaſſatũ extollit,vt negocium faceſſat veritati. Conuenerunt igitur
Prouerbiũ galli iſti inſilientes , qui iuxta aliud Prouerbium, pilum licet mutarent, mores nunquam . Conuenerunt
multi,vt multitudine vincerent,quem ratione ſuperare non poterant. Dicebant autem apud ſe. Vnus lo-
quatur pro omnibus & omnes loquamur per vnum, vt ſiquidem vicerit,omnes videamur viciſſe, ſi au-
tem victus fuerit, vel ſolus videatur ſuccubuiſſe certamini. O Phariſæi qui omnia propter homines co-
gitatis,& facitis. Primum quidem venientes cum vno, vincendi eſtis per vnum. Tamen poſito ꝙ vno
victo,non intelligunt vos omnes victos, nunq[illegible]id conſcientiæ veſtræ non intelligũt ſe eſſe confuſas? Le-
uis enim conſolatio eſt,qui in ſe ipſo cõfuſus eſt,id licet ab alijs ignoretur. Cæterum ſimpliciſsimus inter- H
rogator iſte & maligniſsimus inſidiator, quid de magno mandato interrogat : qui nec minimum imple-
uerat? Quomodo autem implebat,qui non di[illegible]ndus, ſed tentaturus accedebat? Quomodo tentaturus?
Proponit domino quæſtionem ex intimis le[illegible] arcanis, quam doctor iſte cæcus iuxta litteram occidẽtem
optime callebat,re autem & opere nunqu[illegible] exhibuerat, ex quã queſtione vel Chriſtum argueret igno-
Chryſoſt. rantiæ, vel ipſe laudem doctrinæ auferret [illegible] cœtu Sicut autem dicit Chryſoſt. magnũ mandatum & par-
uum dicimus quantum ad dignitatem, n[illegible] quantum ad vtilitatem, alioqui vtilitas omnium vna eſt, nec
Exo. 32. vnum ſine altero eſſe poteſt. Vnde du[illegible] tabulæ datæ ſunt populo, & his confractis, rurſus duæ alteræ do-
lantur & inſcribuntur, cum reuera ſcriptura, vtriuſqꝫ in vna earum potuiſſet congrue inſculpi. Si enim
interroget quis in ædificatione domus quæ pars eſt melior, dicis, ꝙ fundamentum,ſed quemadmodũ fun-
damentum non eſt, niſi ſequatur ædificatio , ita nec ædificatio niſi ponatur fundamentum , Ergo funda- I
Hebr.11. mentum in ædificio dignius eſt,non vtilius. Quia licet ſine fide impoſsibile ſit placere Deo , tamen fides
ſine operibus mortua eſt. Iaco.2. Et obſerua ſitum quem tenebant cherubim intra. S. ſanctorum, quos fu-
dit Moſes. Nam cherubines iſti vtraqꝫ ala ſeſe contingebant, ideſt contingebant alam vtramqꝫ alter alte-
rius, ſicqꝫ velabant propitiatorium, quod ſu[illegible]alis quatuor circumplectebantur. Cherubines autem quos
fudit Salomon altera tantum ala contingebant ſe ipſos in medio propitiatorij, reliquis duabus continge-
bant parietes ſancti ſanctorum , iſti igitur poſteriores ſitum tenebant volantium , priores autem ſitum
quieſcentium poſt volatum. Ruiſus priores cherubines ſe ipſos mutuo intuebantur,& propitiatoriũ, po-
ſteriores autem, non ſe ipſos non propitiatorium, ſed populum videbantur aſpicere, qui extra ſancta co-
Figura. ſiſtebat. Quæ omnia plena ſunt ſacramentis. Priores velabant propitiatorium, poſteriores illud reuela-
bant. Priores ſe tantum contingebant, ſe tantum diligebant, ideſt gentem ſuam, poſteriores autem om- K
Matth 5. nes qui erant extra ſancta ſanctorum, & ipſi ſunt populus Chriſtianus, qui audit ex ore Dei, diligite etiã
Hebr.10. inimicos veſtros. Priores volatu quieſcunt, v[illegible]bram, veritatem exiſtimantes, vmbram enim habuit lex,
&c. Poſteriores volare videntur, quia non arbitrantur ſe comprehẽdiſſe Philip.3. Quis enim diligit pro-
1.Cor.10. ximum ſicut ſemetipſum? Quis diligit deum ex toto corde anima & virtute? Quod autem priores velant
propitiatoriũ, illud ſignificat ꝙ iuxta Paulũ omnia in figura contingebant Iudæis, quæ iam nobis veri-
tas facta ſunt ſciſo velo templi in paſsione Chriſti. Matth.27. Sunt igitur vt ſummatim dicamus digniora
amor Dei amore proximi, caput corpore, fundamentum tecto, ſacerdotes populo, anima corpore, ſunt ta
men æque neceſſaria iſta ſicut & illa, quia ſicut dictum eſt, licet duo cherubin manibus ſuis ſuſtineant ſe-
Auguſt. dem Dei, tamen alter eſt dexter & alter ſiniſter. Auguſtinus. Eſt igitur primum omnium mandatum, di-
liges dominũ ex toto corde. Cũ audis ex toto, nullam vitæ noſtræ partem relinquit , quæ vacare debeat,
& quaſi locum cedere, vt alia re velit frui, ſed quicquid aliud diligendum venerit in animũ, illuc rapiatur,
quo to-

EL COLEGIO de JALISCO

quo totius dilectionis impetus currit. Sequitur. Hoc autem tunc fiet, quando viderimus eum ſicuti eſt. 1. Io. 3.
Quam ob rem debet homo quamuis longe minus amet deum, quam eum poteſt amare conſpectum, ni-
hil tamen appetere illicitum, ſicut etiam in his quæ adiacent ſenſibus corporis. Poteſt oculus nullis tene-
bris delectari, quamuis non poſsit in fulgentiſsimã lucem defigi. Ita dicit amicus Dei, Modus diligendi Bernardus
deum, eſt diligere ſine modo. Boetius. Diligendorum enim omnium cauſa atq; ratio, eſt quia bona ſunt. Boetius.
Quod enim bonitatem Dei non participat (ſiquidem eſt illud) diligibile non eſt. Tanto ergo magis ali- Marci. 10.
quid eſt diligendum a nobis, quanto magis Dei bonitatem participat. At qui nemo bonus, nemo ſum- Sapi. 11.
me bonus optimus maximus, nemo bonus niſi vnus deus. Cætera in numero, pondere & menſura con-
dita ſunt. Hoc eſt igitur primum & magnum mandatum, vt diligas dominum, ſine modo & ſine menſu-
ra. Amor autem iſte ignis eſt ille qui e cælo datus eſt, & iubetur ardere perpetuo in altari mentis noſtræ. Leui. 9.
A Quomodo autem ardebit perpetuo, cum temporalis ſit? Charitas inquit Paulus, nunq̃ excidet. 1. Cor. 13. Figura.
Nutriet eum igitur ſacerdos, miſsis cotidie duobus vel tribus lignis in igne. Gregorius. Quia per amorem Gene. 28.
proximi nutritur amor Dei. Et hæc ſunt duo latera ſcalæ Iacob, qua & aſcenditur in contemplationem Gregorius.
ſummæ veritatis, & aſcenditur in amorem fraternæ charitatis, eius videlicet qui incidit in latrones.
Lucæ. 10. Et obſerua illud Exo. cap. 32. Quomodo tabulæ illæ decalogi ſcriptæ erant ex vtraque parte,
quia forte iuxta Abulenſem eadem præcepta bis exarata erant. Item illud obſeruandum iuxta vnum do- Abulen.
ctorem Hebræum, q̃ omnia præcepta & ſingula vtramq; tabulam contingebant, ad hunc modum, quod
eſt ipſum non vacat a myſterio, q̃ vtraque mandata neceſſaria ſunt ad vitam æternam conſequendam,
& tamẽ primum & maximum mandatum illud eſt, diliges dominum deum tuum. Vnde ſacerdos magnus
ingrediens templum, nomen quidem Dei ineffabile exaratum in lamina aurea fert in fronte (exaratum Exo. 28.
B inquam) vbi ſunt fere omnes ſenſus hominis, vt diligatur ex toto corde, viribus, mente & fortitudine. Cę- Figura.
terum nomina. 12. Filiorum Iſrael, ideſt proximorum non in capite, ſed in humeris & pectore geſtat Pe-
ctore, vt diligat affectu ſicut ſe ipſum, humeris: vt diligat veritate & opere, iuxta illud, inuicem onera
veſtra portate. Gal. cap. 6. Ad hæc Chryſoſt. Deum ex toto corde, & proximũ ſicut te ipſum, quod illo Chyſoſt.
quidem nihilo eſt minus. Nam quod homo naturaliter ſe ipſum diligat ex toto corde, id euidenti argu-
mento eſt, q̃ de dilectione ſui homo nullum præceptum accepit. Sed quoniam in Deo ſumus, viuimus
& mouemur, eique acceptum ferimus, quidquid futuri ſumus, deum primo loco ponere iubemur. Nam
ordine naturę homo ſe ipſum ſuper omnia diligit, ſed gratia nobis aliud ſuggerit. Dicit autem Chryſoſt. Actu. 17.
Verbum aureum, q̃ charitas eſt vita cæleſtis, niſi moriendum eſſet interim. Et obſerua diligenter, quo- Idem.
modo dicens, in his duobus pendet lex tota & prophetæ, neomenias excluſit, ciborum delectus, circunci-
ſionem, ſabbatum, & breuiter omnia mandata laciuioſæ legis. De quo vide Hiere. cap. 7. in fine. Augu-
C ſtinus. Et proximum ſicut teipſum. Quia igitur tu ipſe es regula dilectionis proximi, diſcutiendus es pri- Auguſt.
mum, ne forte ſi te non recte diligas, & ipſum proximum prauo amore corrumpas. Qui enim diligit ini-
quitatem, odit animam ſuam. Si autem animam odis partem nobiliorem: Quomodo carnem diligis par- Pſal. 14.
tem viliorem? Iam ergo qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, vt diligeres
eum tanquam te? Homo quid perdis te? Melius eſt ergo vt nullum ſic diligas, vel ſolus peri. Qui enim
ſibi nequam eſt neſcio ſi cui erit bonus. Chryſoſt. Rogabit autem nos aliquis dicens. Et quo pacto fieri Eccle. 14.
poteſt vt pari beneuolentia nos ipſos & proximos diligamus? Nempe ſi nulli ante hac id egiſſent, iure Chryſoſt.
forte id exiſtimares, eoſdem animi affectus id alios poſſe ferre minime. At cum pleroſque illud eſſe
cognoueris, perſpicuum erit, præ ignauia quadam te id facere nequire, quod factitant multi. Neque enim
deus cuius iuſſa plures bene agendo exceſſerunt aliquid oneris imponit, quod factu non facile ſit, qui iu-
D gum ſuum ſuaue dicit & onus leue. Quibuſdam quærentibus doctrinam a ſancto Antonio, dixit, ſi- Matth. 11.
quis te percuſſerit in vna maxilla, para ei alteram, & illi non poſſumus inquiunt id facere. Et ille, ſi alte- Matth. 5.
ram non præbetis, ſaltem vnam ferte patienter. Neque hoc inquiunt. Facite vel hoc, ne velitis per-
cutere magis quam percuti. Neque hoc inquiunt. Tunc ſenior ait ſuo diſcipulo. Succos præpara fra- Antonius.
tribus iſtis, quia valde ægrotant. Vere valde ægrotant, qui præceptum de proximi dilectione implere
non poſſunt. Epulantibus aliquando in domino Hilarione abbate & epiphanio epiſcopo, allatum Ephipha.
eſt aliquid de auibus, quod tenens epiſcopus, dedit Hilarioni. Eo autem dicente, ex quo iſtum mona-
chi habitum indui, non manducaui quicquam occiſum, ignoſce mihi, reſpondit epiſcopus. Ego ex quo
factus ſum epiſcopus, non dimiſi aliquem dormire, qui habebat aliquid aduerſum me, neque ego dormi-
ui, habens aduerſus aliquem. Et reuera hoc eſt quod dicit, dilige proximum, ſicut te metipſum. Augu-
ſtinus. octauo de Trinitate. Cum ſint duo præcepta in quibus pendet lex & prophetæ Dei videlicet a-
E mor & proximi, non immerito ſcriptura plerunque pro vtroque alterum ponit. Dilectio enim proximi
dilectionem Dei includit. Qui enim diligit proximum, ex charitate diligit eum propter deum & non
propter ſe ipſum, ergo magis diligit deum. Ad hæc Origenes, a temporibus Moſi vſque ad ſaluatoris ad- Origenes.
uentum, cum legeretur lex, forſitan quærebatur quod eſſet magnum mandatum in ea. Neque enim in-
terrogaſſet hoc Phariſæus, niſi diu apud illos quæſitum fuiſſet, & non eſſet inuentum, donec veniens
Ieſus, doceret, non ſolum quod eſſet magnum, ſed & quod eſſet magnum & primum mandatum,
& quod eſſet ſecundum, priori ſimili. Ex tota inquit anima, vt parati ſimus ponere eam pro pietate Dei,
ſi vtilitas exegerit verbi. Simile eſt autem ſecũdum præceptum priori, quoniam eſt de dilectione hominis,
qui factus eſt ſecundum imaginem Dei, forſitan & ſecundum ſimilitudinem. Concluſio Auguſtini. Si igi- Auguſt.
tur non vacat omnes paginas perſcrutari: tene charitatem, in qua pendent omnia & ſine qua, & ſi adſint
omnia quę Paulus enumerat. 1. Cor. 13. Omnis hõ factus eſt velut æs ſonans, imo omnis homo nihil eſt.

TT ij Vide

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Vide ibi apoſtolum de laudibus charitatis. Non æmulatur, non irritatur, &c. Exemplum. Duæ fœminæ
Exemplũ. natione extraneæ nupſerunt duobus fratribus. Quattuor ſimul cohabitarunt annis quindecim. Nũquam
rixatæ ſunt toto hoc tempore, ſermo prophanus inquiunt ad Abbatem Macharium ex ore noſtro non
ſco.diſt.37. prodijt. Et ait illi ſcriba. Magiſter bene in veritate dixiſti, quod vnus eſt deus, & non
q.vnica.ſ. eſt alter præter ipſum, & vt diligatur ex toto corde, & ex tota mente & ex toto intellectu & ex tota anima & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Itaque Phariſæus qui tentaturus ſapientiam Salomonis acceſſerat, iam propemodum ex coryceo factus diſcipulus veritatis, oleaſter
Marci. 12. Rom.11. inſertus in bonam oliuam auditis Chriſti ſermonibus veritate plenis atque efficatia, ſubiecit, vere ac recte dixiſti o bone magiſter, qui viam Dei in veritate doces. Ieſus autem rurſus conſiderans doctorem litteræ interfectricis, depoſito velamine, depoſito ſupercilio. (Scientia enim inflat) diſcipulum factum veritatis tanquam alter Nicodemus, (quis enim mortalium ſapuit omnibus horis?) Ait illi, (videns quod ſa- F
Prouerbiũ pienter reſpondiſſet). Non es longe a regno Dei. Intelligebat enim a modo Phariſæus iſte quid eſſet optimum, qua eſſet eundem in vitam æternam, ſicut alias quæſitum eſt: Magiſter quid faciendo: vitam æternam poſſidebo? Lucæ. 10. Et reſponſum eſt, hoc fac, & viues. Deerat ergo illi vt præſtaret opere, quod tenebat ſimplici ſcientia. Erat iam in via, quæ quia grandis reſtabat, oportebat, vt accinctis lumbis, iter carperet cœptum, donec perueniret in montem Dei Oreb. Non longe inquit es a me-
3. Reg. 19. ta curſus tui, ſed quia multi quidem currunt & vix vnus accipit palmam, ſic feſtina lente, vt comprahen-
Prouerbiũ das. 1. Cor. 9. Interrogatus autem a Phariſæis, quando venit regnum Dei, reſpondit.
Lucæ. 17. Non venit regnum Dei cum obſeruatione: Neque dicent, ecce hic aut illic. Ecce enim regnum dei intra vos eſt. Quoniam dominus Ieſus frequenter habebat in ore regnum Dei, Regnum cælorum, ab hoc enim ſermone auſpicatus fuerat prædicationem ſuam, & regnum cælorũ multis rebus fecerat ſimilem, ſeminanti, ſagenæ, ſinapi, Margaritæ, &c. Phariſæi qui toti carnes erant, nec intelligebant qualitatem regni Chriſti, de quo dictum eſt Matth. cap. 20. Sed neſcio quod temporali regnum ſomniabant, quale fuit regnum Dauid & ſuorum ſucceſſorum: de quo regno exponebant illud G
Eſai. 49. Pſal. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ. Et illud erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ, & multa huiuſmodi ex eodem propheta, adeunt dominum, rogantes, quando venturum ſit regnum illud, de quo toties faciebant memoriam, quam quoniam & in actis cap. 1. propoſitam domino idem Lucas commemorat. Dominus autem quoties de illo ſupremo die ſiebat ſermo, in quo oues ſtatuentur ad dex-
Matth. 8. tram, Matth. 25. Filij autem regni eijciendi ſunt in tenebras exteriores, ſemper ambigue ſolitus eſt reſpondere, & adeo ambigue, vt diceret, de die autem illo neque angeli ſciunt, neque filius, Matth. 24. Et rur-
Actu. 1. ſus: Non eſt veſtrum noſſe tempora, &c. Et hoc loco, Regnum Dei non venit cum obſeruatione. Ve- H
1. Theſ. 5. niet autem tanquam fur, in nocte. Imo vt planius loquar, regnum Dei intra vos eſt. Quando autem veniet, veſtra non refert ſcire, id autem dixit, vt terrorem omnibus iudicij imminentis incuteret, ne ſecu-
Theophy. ritate dilationis torperent, & agerent remiſsius. Theophyl. In multis quidem doctrinæ ſuæ locis dominus regnum Dei nominat. Phariſæi id audientes, irridebant eum, & propterea de hoc rogant dicentes, quando venturum ſit, irridentes vt in ſanum, de inſolita & admirabili re prædicantem, quandoquidem nullus ex doctoribus & prophetis qui ſuperioribus ſæculis vixere eius mentionem fecit. Vel forte in mente habentes, quod cito eum occiſuri eſſent, accedunt rogantes, & quaſi per ironiam dicentes. Tu quidem de regno facis mentionem: Quando autem erit regnum iſtud tuum? Tu enim cras a nobis occidendus es, & feres crucem. Quid igitur Chriſtus? Non iuxta ſtultam inſipientiam eorum reſpondit ſtultis, ſed re- I
lictis ipſis, ve errent in nomine regni, & non manifeſtata eis re, neque enim accipiſſent, ſi eis de regno diſſeruiſſet, quod non ſit temporale: ſed cæleſte vel pluſquam mundanum, ad circunſtantes inquit. Regnum Dei ignotum eſt & in obſeruabile, non enim habet præfinitum tempus, ſed ſemper volentibus adeſt regnum, noſtra cæleſtis conuerſatio. Hæc ille erat & regnum Dei in Phariſæos per fidem vnius Dei, Dicendo tamen intra vos eſt, omnes fideles intelligit, Eſt igitur regnum Dei non quidem intra eos tantum, qui domicilium ſunt Chriſti, & de quibus dicit, ponam tabernaculum meum in medio veſtri. Leui. 26. Iſti autem qui regnum ſunt Chriſti pauci admodum ſunt, cum vulpes multas habeant foueas vbi requieſcant. Matth. 8. Ipſi autem qui domicilium ſunt huiuſmodi vulpium, partes vulpium erunt Pſal. 62.

K

Caput. viij. Dominus interrogat doctores legis, cuius nam opinentur fore filium, ſuum quem expetant Meſiam, & quid reſponderint illi, quidque dominus oppoſuerit, & quomodo inuenti ſunt ad oppoſitionem magis muti quam piſces. Sequitur. Super cathedras Moſi ſederunt ſcribæ, &c. Faciteque docent, non quæ faciunt. Ponitur catalogus ſcelerum eorum: quod omnia faciunt ad plauſum hominum, &c.

Congre-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

COngregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus dicẽs. Quid
vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt, dicunt ei. Dauid. Marcus, Matth. 22.
Et reſpondens Ieſus, dicebat docens in templo: quomodo dicunt Marci. 12.
ſcribæ Chriſtum filium eſſe Dauid? Lucas, Dixit autem ad illos. Lucæ. 20.
Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid? Et ipſe Dauid,
Matthæus: in ſpiritu ſancto, iuxta Marcum, Dicit in libro pſalmorum,
iuxta Lucam, tres euangeliſtę. Dixit dominus domino meo ſede a dex-
tris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?
Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Mar-
A cus, & vnde eſt filius eius? Ad hanc quæſtionem legulei illi non prolytæ ſed lytæ, rem inquiunt o-
culiſsimam rogas, lippis notam & tonſoribus. Quotus enim quiſque ignorat, ꝙ Meſsias futurus ſit filius
Dauid? Hæc quidem quæſtio propoſita Phariſęis, ad hominem tantum eſt, illis inſolubilis erat, nobis au- Ioan. 1.
tem nullam adfert difficultatem. Fide enim tenemus Chriſtum eſſe deum & hominem. Iuxta quod ver-
bum caro factum eſt filius eſt Dauid, de quo dictum eſt late Matth. cap 1. Eſt autem Dominus ipſius Da
uid, iuxta quod in principio erat verbum. Phariſæis autem qui Meſsiam ſuum hominem tantum futurũ
credebant, quæſtio iſta inſolubilis eſt. Quomodo enim tantus rex & propheta iuxta cor Dei, fi-
lium ſuum Meſsiam licet dominum vocat & hoc ſpiritu ſancto afflatus. Idque quod magis mireris plusꝗ Actu. 13.
octingentis annis antequam Meſsias naſceretur. De doctoribus autem Iudæis quomodo hunc textum
exponunt ipſi viderint, quia ſemper verum eſt verbum apoſtoli, quoties legitur Moſes, velamen eſt poſi- 2. Cor. 3.
tum ſuper cor eorum. Vnde illud Hiere. cap. 23. Peruertiſtis verba Dei viuentis, domini exercituum Dei
B noſtri. Itaque quomodo intelligere non poterant myſterium diuinæ incarnationis, quia credere nollebãt
myſterium autem hoc niſi fides credat ratio non demonſtrat, tacuerunt. Et nemo poterat ei reſpon
dere verbum, ſed ſilentio ſuam ignorantiam confeſsi ſunt tot & tanti legis doctores, & præſertim in
loco ſcripturæ ſatis communi. Pſalmi enim frequenter canebantur in templo ex inſtitutione Dauid regis
de quo habes. 1. Parali. cap. 25. Et cum omnes quaſi vno ore reſpondiſſent propoſitæ quæſtioni. Dauid,
rurſus omnes obiectioni factæ ex pſalmo, ſimul magis muti ꝙ piſces reperti ſunt. Mirabile eſt enim quo-
modo nunquam offenderat eos locus hic: Dixit dominus domino meo, cum ſalebram hanc frequenter in-
currerent, quam clauſis ſubinde oculis fortiter tranſiliebant duces cæci cæcorũ. Matth. 15. Et multa tur-
ba libenter eum audiebat, Iuxta Marcum, cap. 2. Eructabat enim verba quæ reuera vitam æternã
videbantur ſpirare, & inflammare corda alioqui torpentia, ſicut ſcriptum eſt, loquutus es ad cor ancillæ
tuæ, Rutth. 2. Vere loquella ſua manifeſtum illum faciebat. Matth. 26. Neque auſus fuit quiſquã
C eum amplius ex illa die interrogare. Ne plus etiam dedecoris referrent coſte populo iſti boni, qui
pro idiota habebant dominum Ieſum Chriſtum: cum ipſi ſapientia tumentes & tragico cultu, tantum
non pro dijs ſe gererent apud imperitam multitudinem confutati igitur, vltra non interrogant, ſed aper-
tiſsime comprehenſum, Pilato tradunt. Ex quo intelligimus venena inuidiæ poſſe quidem ſuperari, ſed
difficile conquieſcere. Ita iſti vnicornes qui iuxta prouerbium ante hac putabantur cornua habere decem,
cum res virum poſtularet, ignaui inuenti ſunt, dicente Paulo vnum verbum (Paulo dignum) quod ſtul- 1. Cor. 1.
tum eſt Dei ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei fortius eſt hominibus. Habes execta cor
nua iſtorum taurorum dicentium: Num aliquis in eum credidit? Niſi turba hæc maledicta quæ non nouit Ioan. 7.
legem. Illi autem rogati de vno loco legis, per inde facti ſunt velut aſini ad liram. Sequitur. Tunc lo- Matth. 23.
quutus eſt Ieſus ad turbas & ad diſcipulos ſuos dicens in doctrina ſua, ſuper cathe-
D dram Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſer-
uate & facite, ſecundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.
Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum,
digito autem nolunt ea mouere. 1. q. 1. ſignificaſti item. c. non quales. Omnia vero opera ſua
faciunt, vt videantur ab hominibus. Ergo in ſecreto nullum opus bonum faciebãt. Præſtitit igi-
tur dominus Ieſus opere quod verbis docuerat, dicens: benefacite ijs qui vos oderunt ſicut pater veſter cæ Matth. 5.
leſtis, &c. Nunquid enim nõ omnes ſacerdotes illius ſæculi parietes erant dealbati iuxta verbũ Pauli, vm Actu. 23.
brã tantũ præferentes verorũ ſacerdotũ? Nihilominus tamẽ propter ſacerdotiũ ipſorũ qualequale & nõis
dignitatẽ, hortať dñs populos vt eis ſubijciãtur, nõ opera ſed doctrinã cõſiderãtes. Nã iuxta Auguſt. Ex- Num. 23.
audiuit deus Balaã orantẽ pro populo Iudęorũ, nõ quidẽ corde ſed ore tenus tantũ. Ita per malos paſto- Auguſt.
res dat deus benedictionẽ ſuã populis, licet paſtores huiuſmodi dicãt & nõ faciãt. Vos igitur ſi ſapientes
E eſtis, carpite vuã, cauete ſpinã: Quę dicũt facite, quę faciũt fugite, ſiquidẽ ſimearũ harũ pulcherrima de for Prouerbiis
mis eſt. Qui optimus eſt in eis, inquit Michęas, quaſi paliurus eſt, & quaſi ſpina de ſępe. Videre eſt enim Cap. 7.
aliquãdo botros implicatos rubis vel ſpinis, quos manu prouida colligere debemus. (Sunt enim ſicut lilia Canti. 2.
inter ſpinas) ne ſi in cauti acceſſerimus, cruẽtemus manus. Botri autẽ illi nõ pendẽt a rubis vel ſentibus, ſi-
cut prima frõte videtur, hoc eſt dictu, doctrina malorũ ſacerdotũ nõ eſt illorũ, ſed loquiť deus per ora eorũ
ſicut angelus magni cõſilij per os aſinæ. Sint igiť ſacerdotes ſimeę in purpura, ſint parietes in cruſtati, ſint Num. 22.
paliuri, ſi bona ſunt quę docẽt, cęcus ſi viã mõſtret quã aliquãdo triuit, ſequẽdus eſt, doctrina ſi ſana eſt,
nõ eſt reſellenda cum ſuo autore, omnia quæ dixerint vobis facite & ſeruate. Et ſi ipſis merito diceretur.
Medici curate vos me tipſos, tamen quæ dixerint vobis facite. Gregorius. Admonendi tamen ſunt ſub- Lucæ. 4.
diti, ne præpoſitorum ſuorum vitam temere iudicent. Habent enim iudicem ſuum, qui cæſos flagel- Gregorius
lis pellat e templo ſuo. Saul ingreſſus eſt ſpeluncam ad purgandum ventrem, vbi & Dauid latitabat, Ioan. 2.
quem idem Saul ad mortem venabatur. Cumque eum viri ſui ad occidendum regem accenderent, re-



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

1.Reg.14. git eos verbis, ꝙ manum mittere in Chriſtum domini non deberet: Et tamen ſurrexit, & oram veſti-
Figura. menti eius præcidit. Quid per Saul niſi mali præpoſiti, quid per Dauid niſi boni ſubditi præfigurantur?
Saul coram Dauid ventrem purgare eſt, malos rectores conceptam in corde maliciam vſque ad opera
praui odoris extendere. Quem tamen Dauid ferire timuit, quia mentes ſubditorum ab omni ſe linguę de-
tractione ſeruantes, præpoſitorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt. Qui dum prælatæ dignitati
ſaltem innoxie & latenter derogant, quaſi regis Saul veſtem ſecant. Sed ad ſe ipſos redeunt, ſeque vehe-
mentiſſime vel de tenuiſſima verbi laceratione repręhendunt. Sequitur enim percuſſusque eſt Dauid a
corde ſuo. Et obſeruandum quod licet principalis cathedra legis Moſaicæ eſſet in Hieruſalem, iuxta il-
lud, fodit in ea torcular, nihilominus erant cathedræ aliæ multæ per totam prouintiam Iudææ. Sicut ha-
Lucæ 18. bes Actu. 15. Lucæ cap. 4. & Actu. cap. 15. Ibi: Moſes a temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitati-
Cap. 12. bus, qui eum prædicent in ſynagogis. Et iſti qui in ſingulis ciuitatibus prædicabant Moſen, vocantur F
Archiſynagogi. Matth. 5. De iſtis igitur dicitur, ſuper Cathedram Moſi ſederunt Scribæ. Dicuntur au-
tem ſcribæ, quia a littera legis non diſcedunt nec tranſuerſum vnguem. Phariſæi vero aliquid maius pro-
fitentur, diuidentes ſe ipſos quaſi qui non ſint ſicut cæteri homines. Cæterum cathedra non facit ſacerdo-
tem, ſicut nec tonſura. Vocantur autem ſacerdotes apud Eſaiam nomine ſatis probroſo videlicet galli
execti, quia dicunt & non faciunt. Verum ſi ad mores huius ſæculi aſpicias, multo ſecus eſt. Multos enim
licet videre ex gallis gallinaceis, capis intellige, qui de bonis pauperum paſcunt domi examina filiorum,
videntibus & conniuentibus qui vicariorum Chriſti cenſentur nomine. Qui talia agunt, digni ſunt
Rom. 1. morte, digni & quorum intererat prohibere, quorumque referebat vindicare, & tamen conſentiunt fa-
cientibus. Obſerua tamen legem quæ aliquando vim ſuam habuit in regno Legionenſi. Sacerdotum in-
quit concubinæ quo populo innoteſcant: deferant in capite ſuper tæniam ſegmentum panni rubei lati-
tudine digitorum trium, longitudine vlnæ, alias omnibus indumentis mulctentur. Secretum meum mi- G
hi. De hoc vide. 1. Reg. 3. Ibi: Non mundabitur iniquitas domus Heli, &c. Omnia tamen quæ dixe-
rint vobis facite. Niſi ꝙ iuxta Prouerbium: Multi ſtimulant boues, iugum pauci ſubeunt. Et ſicut di-
xit amicus Dei, curritur in clero paſſim ab omni ætate & ordine doctis pariter & indoctis ad curas ec-
cleſiaſticas, tanquam ſine curis iam quisque victurus ſit, cum ad curas peruenerit, multis Atlantibus in-
tolerabiles, cum obſtet apoſtolus dicens: Qui epiſcopatum vel ſacerdotium ambit, bonum opus deſi-
1.Tim. 3. derat. O bonum opus, o bonas opes. Et quod tu bonum opus expectas ab eo, quem ancilla hoſtiaria pre
Sacerdos. poſuit cathedræ peſtilentiæ? Aquam videlicet e pumice. Non eſt autem mirandum de multis qui cur-
runt ad onus ſacerdotale. Videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupitæ ſarcinæ ſubmiſerunt
Deut. 3. non ſolum non gemere ſub onere (qui autem gemant Oges iſti, quorum digitus groſſior eſt dorſo Gre- H
Num. 16. gorij) ſed inſuper appetere ſubire onera maiora. Habent enim plurimum armorum vſum, non deterren-
Eſai. 5. tur periculis, donec terra de hiſcens viuos abſorbet ſicut congregationem Abiron. Væ qui coniungitis
præbendam beneficio, curatum canonicatui, &c. Donec epiſcopetur, & in vno tota familia aut cogna
tio, donec ſedeatur. In monte teſtamenti. Eſai. 14. Videbam Satanam velut fulgur præcipitem agi in
tartara. Verumtamen quæ dixerint imperioſi iſti, facile Theophyl. Demus hoc, vt quis in malam vitam
Lucæ. 10. inhortetur: Non tunc a Moſi cathedra neque de lege loquitur. Dominus autem dicens, omnia quæ-
Theophy. cunque dixerint vobis facite, de his dicit, qui in cathedra Moſi ſedent, hi & ſi non faciant, docent autem,
audiendi ſunt, quaſi doceant viam ipſi tot errantes cælo. Dicit autem ſeruilius in vita Aemilij verbum
Seruilius. ſcitu dignum. Sergius Galga homo nitidus cute, & corpore propter vmbram continuam molli neque vn-
quam vulnus perpeſſo, de re militari & de fortitudine & ignauia imperatorum verba facere audet, con- I
tra eos qui ſunt vulneribus innutriti. Neſcio enim qua fronte magiſtrorum aſcendunt cathedram, & ſe-
Ageſilaus dent ad gubernacula, qui diſcipuli nunquam fuerunt nec ſederunt ad ſcalmum. Ageſilaus patri iubenti,
vt in cauſa quadam præter leges iudicaret, imo inquit abſter pater didici a puero parere legibus. Quam
ob rem nunc ꝙ tibi ob tempero, cauens nequid faciam præter legem. Huiusmodi iudices qui aliud docet,
aliud faciunt, ſimilis ſunt iuxta Bionem amphoris, quæ plenæ licet auribus tamen facile circunferuntur.
Siranes perſa quibuſdam admirantibus ꝙ ſapientibus ipſius verbis facta non reſponderent, verborum
Siranes. inquit ipſe ſum dominus, factorum autem ſimul cum fortuna: Nos autem nec illud poſſumus, cogitare
aliquid bonum ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, tamen qui bene docens male viuit, au-
diat Paulum. In quo alterum iudicas, te ipſum condemnas. Tamen quæ dixerint facite. Sunt cupreſſi, ma
2.Cor. 3. gni ſunt proceri, fructum autem nullum proferunt. Alligant enim onera grauia & importabilia, de qui-
Rom. 2. bus Auguſtinus ad inquiſitiones ianuarij. Ipſam religionem quam dominus Ieſus pauciſſimis ſacramen- K
Auguſti. torum celebrationibus voluit eſſe liberam quidam ſeruilibus pręmunt oneribus, adeo vt tolerabilior ſit
Iudæorum conditio, qui non humanis præſumptionibus ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis. Itaque quod
dominus dixit, dicunt & non faciunt, id exponit conſequenter dicens, alligāt onera, & ſuper onera, ſua
Prouerbiū actuaria, &c. Statera doloſa inquit ſpiritusſanctus abominatio eſt apud deum. Quid iniquius hac ſtate-
ra, alijs imponere onera portatu difficilia, quorū nec minimam partem ipſi ſubire volunt. Subdit autem ſi
Exo. 5. mutire audeant, audituri ſunt, vacatis ocio, cęſos flagellis, ſcorpionibus cædam. Chryſoſt. Duplicem hic
Chryſoſt. dominus nequitiam Phariſęorum oſtendit, tum quia ſine venia oues exquiſitiſſime viuere volunt, quia di-
alligant onera importabilia, tum quia nimium ſibi indulgentes, magnam aſſumant licentiam, quia di-
gito nec attingunt, quorum oppoſita in optimo principe requiruntur. De his qui plene edoceri velit,
legat concordiam diſcordantium Canonum, Decreta Pontificalia, Generalia, Synodalia, Muni-
cipalia: leges fori: Taurenſes, codicem, digeſta inſtituta: (Taceo enim de diuerſis religionum
ſtatutis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſtatutis, quæ citius areſcunt ꝙ curcubita Ionæ) & in his omnibus nihil verius dici poteſt, ꝙ quod veri- Ionæ.4.
tas dicit, alligant onera, qui nec digito attingunt. Et tamen ſcriptum eſt: Rectorem te poſuerunt, eſto in Eccle.5.
medio ſubditorum tuorum ſicut vnus ex illis. Atque ita ſcriptum reperi in prologo legum fori. Princeps
prius debet opere exhibere quod præcepturus eſt, quam edicta promulget. Sicut autem dicit Hierony- Hierony.
mus humeri digiti vincula & onera ſpiritualiter intelligenda ſunt. Chryſoſt. Nec tamen dixit, non poſ- Chryſoſt.
ſunt, ſed nolunt ea mouere, ſicut ſcriptum eſt, in labore hominum non ſunt, & cum hominibus non fla- Pſal 72.
gellabuntur: hi nouiſſimi in vineæ cultura primi ſunt in extorquendo iure ſacerdotali, ſecretum meum Chryſoſt.
mihi. Si erramus (inquit os aureum) modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſe-
ricordiam reddere rationem, ꝙ propter crudelitatem? Vbi pater familiæ largus eſt, diſpenſator non debet
eſſe cumini ſector. Nulla enim impoſita pœnitentia, remiſſa ſunt cuidam decem millia talenta. Matth.18.
A Sequitur, Omnia vero opera ſua faciebant. Igitur receperũt mercedem ſuam. De quo diximus Matth.6.
Dionyſius Tyrannus vt fertur, cum quendam Citharœdum primi nominis audiret, talentum ei ſedatu- Dionyſi.
rum ſpopondit, poſtero vero die heſternam ſponſionem repoſcenti, heri inquit oblectatus a te tantiſper
dum canebas, te quoque viciſſim iniecta ſpe obiectare volui, pro inde congruum operæ precium recepi-
ſti, Hilarans, idem & mox redilaratus. Iſti igitur qui opera ſua faciebant vt viderentur, bene canentes
iuxta Eſaiam cap. 23. Vt celebris eſſet in populo memoria eorum, viſi ſunt oculis inſipientium beati, illi
autem deſcenderunt viuentes in tartara, Pſal. 54. Et periit memoria eorum cum ſonitu. Attendite & Pſal. 9.
cauete a ſcribis. Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias, Marcus. Vo- Matth.23.
lunt in ſtolis ambulare. Matthæus & Marcus. Amant autem primos recubitus in cœnis, Marci.12.
primas cathedras in ſynagogis & ſalutationes in foro, qui deuorant domos vidua- Lucæ.11.
B rum ſub obtentu prolixæ orationis, orationes longas orantes: hi accipiẽt damnatio-
nem maiorem & prolixius iudicium. Phylacterium verbum Græcum quaſi conſeruatorium
dicitur legis, ꝙ videlicet ſeruentur ab omni incurſu nociuo, qui huiuſmodi cartulas deferebant. Hierony- Hierony.
mus. Pittaciola ergo illa decalogi phylacteria vocabant, ideſt conſeruationem, eo ꝙ quicunque habuiſ-
ſent ea, quaſi ob cuſtodiam & munimentum ſui haberent, de quibus vide Deut. cap. 6. Et ſciendum ꝙ
illa tantum verba, audi Iſrael vſque ibi, & fortitudine tua ſcribebantur in prædictis Phylacteriis, ſicut Abulenſ.
patet in Iudæis modernis, qui ea tantum ſcribunt, & non totum decalogum. Dicit autem Abulenſis, ꝙ
quæcunque verba portentur ad collum, etiam euangelica nihil conferunt, nihil efficiunt, nec aliquis po- Hierony.
teſt ea deferre ſine peccato, niſi qui ſic credit, id quod dicit & Hieronymus de ligno crucis. Hæc inquiens
apud nos ſuperſticioſæ mulierculæ in paruulis euangeliis in crucis ligno & in iſtiuſmodi rebus quæ ha-
bent quidem zelum Dei, ſed non iuxta ſcientiam, Rom. 10. Vſque hodie factitant, culicem liquantes: &
C Camelum glutientes. Hęc ille. Quod ſtorum reliquias non eſt tutum deferre ad collum. Tamen ſi reue-
renter portentur, non eos reprehendimus. Verba tamen portare quæ non ſunt pars ſcripturæ diuinæ, nõ
licet. Poteſt dici Phylacterium, quia in eo conſeruatur memoria legis. Iudæi quidem intra ædes diuerſan-
tes, Phylacteria ferebant in modum coronæ capiti circundata, quæ autem brachiis alligabant, ea extra
domos tantum deferebant. Et quoniam præceptum eſt Iudæis nuper egreſſis de Aegypto, Exo.13. Erunt
verba hæc quaſi ſignum in manu tua, aliquo tempore Iudæi fecerunt hoc, ſcribentes in ſchedulis Aegy-
pti exitum & quædam quæ habentur Deut. 6. Sicut prædiximus. Iudæi autem moderni non in brachiis
ſed in foribus hæc occludunt. Faciunt enim in ligno ianuæ quandam concauitatem, & ibi immittunt Prouerbiũ
ſchedulas, & cera contegunt, relicto foramine paruo, per quod introſpiciant latentem ſchedulam. Hoc igi
tur Phylacteria qui latiora ferrent, ſanctiores habebantur, quam differentiam nunc videre licet in tonſu-
D ra Sacerdotum & Monachorum. Verum ſimea eſt geſtet licet aureum diadema, quia Chriſtus Ieſus iplen
dor patris rex regum erat, ſpineam licet portaret coronam. Erunt inquit verba quæ ego præcipio tibi, in
corde tuo & cætera. Iſti igitur prætermiſſo eo quod primum erat in intentione legis latoris, videlicet e- Deut.6.
runt verba hæc in corde tuo, item prætermiſſo illo non minus neceſſario: Meditaberis, ideſt exerceberis
in eis domi & foris, vigilans & dormiens, illud tantum curabant, quod nihil conferebat ad pietatem, vt
verba illa ſcriberent in Phylacteriis, & cætera. Ita per omnia erant ſuperſticioſi, & captantes gloriam &
popularem auram. Et magnificabant fimbrias, de quibus vide Num. cap.15. Has igitur & iſti hiſtriones
& populum phalerantes, quo ſanctiores apparerent dilatabant: & in iis interim acutiſſimas ſpinas inter Abulenſ.
texentes (nimirum Martyres Diaboli ſiue Baal. 3.Reg.18.) Vt interdum compuncti quaſi qui non eſſent
ſicut cæteri, ad ſeruitium & cultum Dei excitarentur. O homines ſupra hominem viuentes, digni pro
inde qui in curru igneo raperentur cum Helia, aut cum Paulo in tertium cælum. 2. Corin. cap.12. Volunt
E autem & in ſtolis ambulare. Rogo te amice lector, quod conuenit tantis Catonibus iuſticiæ oculis,
ante quorum oculos Dei præcepta ſemper mouentur, & quibus mundus videtur crucifixus & ipſi mun-
do (id quod ſentes palliis inſertæ oſtendunt) primos accubitus captare in conuiuiis? Quod ſtolæ illæ ta-
lares & albę? De ſtolis id dicimus, vt mundicies exterior aſtipuletur puritati mentis interioris. Et iſti
ſunt ſepulchra dealbata. Cęterum de primis ſedibus in cœnis, ratio liquet, Scriptum eſt enim haurite Ioan. 2.
nunc, & ferte architriclino. Cum igitur ad eos qui primum locum tenent in epulis, optima ac delicatiora Lucæ.14.
deferentur edulia, merito primos amant recubitus in cœnis. Confidimus autem, niſi mature reſipue- Theophy.
rint, quod aliquando incipient nouiſſimum locum tenere. Quære de Aman. Heſter.7. Theophy-
lactus. Amant primos accubitus. Papæ quid dicit? Idcirco condemnantur quod amant, quod ſi ſo-
lum amantes primos accubitus, condemnantur, qui nihil non facit pro illis, qua condenatione di-
gnus eſt? Et tamen Cupido vituperatur non locus. Denique amant primas cathedras in ſynagogis,

 vbi ma-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

vbi magis debebant docere alios humilitatem, eo loco ipſi maiore faſtu corrumpebantur. Et hæc facien-
tes, (o nouum peſtis genus) non confundebantur, ſed interim volebant vocari Rabbi, quaſi ſoli ſaperent.
Vere autem ſoli ſapiebant, qui non erant ſicut cæteri homines. Reuera autem corniculæ erant, qui inſto-
Luc. 18. lis incedebant, ſatie bene curata, latis fimbrijs & Phylacterijs. Antonios diceres aut Hilariones, quinimo
1 Theſ. 2. nebulones & nihil. Sed audi Paulum quomodo primam cathedram amabat. Facti ſumus in medio ve-
Gregorius ſtrum ſicut paruuli. Gregorius. Paruulus in medio eorum factus eſt, quia timebat ne ſi inter diſcipulos
honorem ſuæ celſitudinis vendicaret, exempla elationis oſtenderet. Vnde neceſſe eſt, vt is qui præeſt, quę
exempla ſubditis præbeat ſoleriter attendat, & tot ſe ſciat viuere quot præeſſe. Neque enim debet ducatū
Sap. 6. hominum ſuſcipere, qui neſcit homines bene viuendo præire. Quia non ad hoc eligitur, vt aliorum cul-
pas corrigat, qui quod reſecare debuit ipſe committat. Alioqui duriſſimum iudicium fiet his qui præſunt.
Quædam autem leuiter correpta tolerari debent, nec tamen diſciplinæ vincula eadem læuitate diſſolue-
da ſunt. Quædam etiam tolerando diſſimulanda ſunt, nec tamen diſſimulando permittenda ſunt. Sequi-
tur. Magnopere igitur curandum eſt, vt qui regendis hominibus præfertur, apud ſe in ſecretario mentis ſu F
cathedra præſideat humilitatis. Penſet ꝙ ad ſatiſfaciendum diſtincto iudici de ſua tantum modo anima
fortaſſe vix ſufficit, & quot regēdis ſubditis præeſt, reddendæ apud eum rationis tempore (vt ita dicam)
tot ſolus animas habet. Quæ nimirum cogitatio ſi aſſiduæ mentem ex coquit, omnem ſuperbiæ timorē
præmit. Numerari enim culpæ nequeunt, quæ habendæ peccatis amore perpetrantur. lib. Mora. 24. cap.
30. Et ſequitur lib. 26. cap. 22. Summus itaque locus bene regitur: Cum is qui præeſt, vitijs potiusꝙ fratri-
bus dominatur. Cum quippe natura æquales genuit. Vt autem alij alijs præſint, non eos natura ſed cul-
pa poſt ponit. Quamuis plerūque etiam dignum eſt, vt eoſdem quos corrigimus, tacita nobis cogitatio-
ne præferemus, illorum namq; per nos vicia diſciplinæ rigore feriuntur, in his vero quæ ipſi committimus,
ne verbi quidem ab aliquo inuectione laceramur. Tanto ergo deum obligatiores ſumus, quanto apud
1. Cor. 4. homines inulte peccamus. Subtiliſſima namq; ars viuendi eſt, culmen tenere, gloriam præmere. Ita Pau- G
1. Theſ. 2. lus qui cum virga venire poterat, factus eſt tamen in medio filiorum tanꝙ nutrix & gallina euangelica,
Hiere. 17. Quo contra dicitur in conſequentibus de lupis iſtis trifaucibus, ꝙ deuorent domos viduarum ſub obten-
tu prolixæ orationis. Hi duplici contritione digni ſunt, eo ꝙ rapinam ſuam obumbrant fuco falſæ ſan-
Pſal. 72. ctimoniæ. Dicebat autem Plato, pauperum peccata ob huius vitæ in comoda leuius apud inferos puniē-
Plato. da fore, diuitum grauius: nempe quomodo prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Deuorant inquit do-
mos viduarum, quo verbo oſtendit inſaciabilem horum briareorum cupiditatem. Viduæ autem nō vno
nomine fraudi patent, tum quia fœminæ, tum ꝙ maritorum patrocinio deſtitutæ ſunt, tum quia diuites,
quibus iſti ſubdoli patronos ac tutores ſe ingerentes, hoc prætextu velut hirudines exugebant totam ſub-
ſtantiam domus illarum. De hoc vide. 1. Reg. cap. 2. Amant vocari Rabbi. Vos autem nolite
Matth. 22. vocari Rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis. Et pa- H
Ezech. 2. trem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt.
Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt ve-
ſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliat
exaltabitur. Magiſter verus vnus eſt qui ſapiam Dei in veritate docet, qui prophetam cibauit volu-
mine in quo erant carmina lamentationes & væ. Qui dicit ad Hieremiam: Noli dicere a. a. a. quia ecce
Gal. 1. ego conſtituo te ſuper gentes & regna, & c. Hiere. 1. Qui Saulum vnica reuelatione euangelium docuit.
Sunt autem & alij multi doctores, iuxta Paulum Ephe. 4. Quandiu ædificatur eccleſia, de qua Paulus,
1. Cor. 3. lacte vos alui, quia ſolidum cibum capere non poteratis. Sicut autem ſunt multi doctores & magiſtri ſub
Hierony. vno vero & ſummo doctore, ita & multi parentes ſub vno & vero parente. Hieronymus. Quod ſi hō- I
minem parentem vocamus, honorem ætati deferimus, non autorem noſtræ oſtendimus vitæ. Vnde illud.
1. Cor. 4. Et ſi multos pedagogos habeatis, non tamen multos patres. Siquidem in Chriſto Ieſu per euan-
gelium ipſe vos genui. Ipſo igitur autore qui verus eſt pater vos genui, & iterum atque ſubinde parturio,
1. Ioan. 3. donec formetur Chriſtus in vobis. Quod ſi vnus eſt pater cæleſtis, cōſequitur, vt omnes fratres ſimus, qui
accepimus poteſtatem, vt filij nominemur & ſimus. Quod autem ſimus fratres, illud vel maxime argu-
Matth. 6. mento eſt, quod omnes eandem orationem edocti ſumus, nempe illam, pater noſter qui es in cælis. Non
igitur ideo dictum eſt, Patrem ne vocetis ſuper terram, vt hoc vocabulum honoris humani de loquendi
conſuetudine tolleretur, ſed ne gratia Dei quæ in æternam vitam regenerat hominem naturæ vel poteſta-
ti, vel etiam ſanctitati cuiusꝙ hominis tribueretur. Nam dicit & Ioannes apoſtolus, ſcribo vobis patres,
1. Ioan. 2. quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt. Qui maior eſt veſtrum, erit ſicut miniſter. Quid enim habet K
quod non acceperit? Si autem accepit œconomum ſe nouerit, non dominum. Tanto ergo eſſe humilior
1. Cor. 4. atque ad bene merendum de fratribus accingere ſe debet accepto talento, quanto obligationem ſe eſſe
Leo rex. ſpicit in reddenda ratione. Qui autem ſe exaltabit humilis, & qui ſe humilis exaltabitur. Obijt Leo Im-
perator, adminiſtratione per manus tradita Leoni ſororis ſuæ filio. Is cum paucis menſibus imperaſſet
Zenonem Iſauricum patrem ſuum Imperatorem conſtituit. Rarum pietatis exemplum in filio, cuando
multo plures omni tempore reperti ſunt, qui dominandi cupiditate parentibus & eorum in perio ſint in-
ſidiati (Abſalon) ꝙ qui his regno ceſſerint. Et ſi raro vt reor accidit, ꝙ filius ſuperſtite patre, ſit alieno iu-
dicio imperator creatus. De hac ſententia dictum eſt Luc. 18. De Phariſæo & Publicano.

Caput. ix.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Caput.ix. Ponuntur adhuc plura facinora Phariſæorum, quærentium vndecunq; proſelytos & ad quid. Vorant domos viduarum, decimant omne olus, iuſticiæ nulla cura, fidei vel charitatis, glutiunt Camelos, liquant culices, ſunt velut monumenta.

VAE vobis Phariſæi & Scribæ hypocritæ quia clauditis regnum cæ Matth. 23.
lorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis
intrare. Væ vobis Scribæ & Phariſęi hypocritę quia circuitis mare
& aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & cum fuerit factus, faci-
tis eum filium gehennę, duplo q; vos. Hieronymus. Omnis magiſter qui Hierony.
A ſcandalizat malis operibus diſcipulos, claudit ante eos regnum cælorum. Alter, re- Hiere. 23.
gnum cęlorum claudunt, peruertentes verba Dei viuentis, Chriſtum venturum ho Ioan. 10.
minem tantum prędicantes. Vnde illud, dęmonium cum habeat & inſaniat, quid eũ Idem.
auditis? Vnde illud Malach. 2. Vos receſsiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege. Hieronymus. Id Exo. 28.
circo in ſacerdotis pectore rationale eſt, & in rationali doctrina & veritas ponitur, vt diſcamus ſacerdo-
tem doctum eſſe debere, & pręconem domini ę veritatis, quia angelus domini exercituum eſt, & legem
domini requirent ex ore eius. Vos autem receſsiſtis de via. Eſtq; ſenſus. Cum deberetis eſſe duces in bono,
facti eſtis ſcandalum & occaſio delinquendi populo. His reuera cæcis cęcorum ducibus plena eſt terra,
quibus melius erat ſuſpendi molam & demergi in pelagus. Matth. 15. Ipſi inquit non ingrediuntur, & tra
hunt poſt ſe imperitam multitudinem. Hoc autem proprium eſt Satanæ, qui tollit verbum de corde. Cre
dentium, ne ſaluifiant. Clauditis regnum cælorum. Matth. 23. Regnum eſt vita ęterna, ianua Chriſtus, Abulenſ.
B clauis intellectus ſcripturæ, clauicularij ſunt ſacerdotes, quibus dictum eſt, tibi dabo claues. Hi duplici cō- 1. Tim. 6.
fuſione digni ſunt (Paulus autem qui laborant inquit verbo & doctrina duplici honore digni ſunt) quia
ipſi foris remanentes, alijs occludunt oſtia. Vtinam ſoli perirent, & non fierent duces cæci cæcorum. Et Matth. 15.
obſerua q; dominus Matth cap. 5. Poſuit ſepties vel octies, beati: beati, & hoc loco totidem replicat con-
tra ſacerdotes & Phariſæis verbum hoc. Væ vobis. Confer igitur locum iſtum cum cap 27. Deut. vbi duo
montes deſignantur vnus ad benedicendum, & ad maledicendum alter. Gregorius. Nullum puto fratres Gregorius
ab alijs maius pręiudicium, q; ſacerdotibus tolerat deus, quando eos quos in lucem gentium poſuit, dare
de ſe exempla prauitatis conſpicit. Quando ipſi peccamus, qui compeſcere alios debuimus. Et plerumq;
ſacerdotes qui ſua dare debuerant (quod grauius eſt) aliena diripiunt. Conſiderate ergo quid de gregi-
bus agatur, quando lupi paſtores ſunt. Quando illi regnum Dei claudunt, qui prædicare moribus & lin-
gua debuerant, ſemper induti talari tunica ex qua pendęat cum malogranatis duobus &c. 70. tintinabula Exo. 28.
C totidem. Væ igitur vobis quia clauditis, hoti eliete, regnum cęlorum. Et nonne ſcriptum eſt: Tibi dabo cla
ues regni cælorum, quodcunque ligaueris, ligatum eſto! &c. De Iudæis ſacerdotibus dictum eſt, quomo-
do claudebant regnum cælorum, male viuendo, & detrahendo doctrinæ Chriſti, & peruertendo verba
ſcripturę. Cęterum ſacerdotes euangelici alio quodam modo regnum cęlorum claudunt & reſerant, iux-
ta illud Ezech. 13. Mortificant animas quę non moriuntur, & viuificant animas quę non viuunt, dicen-
tes bono malus es, & malo bonus es. Vę vobis qui circumitis mare, &c. Chryſo. Non propter miſericor- Chryſoſt.
diam volentes vnum aliquem ex Gentibus iniuria circumciſionis inurere, mare circumibant & aridam, ſed Matth. 5.
vt accreſcerent eorum emolumenta, vel iuxta Paulum vt glorientur in carne eius. At in Chriſto circū- Gal. 6.
ciſio nihil valet, multum oberit. Duplo inquit quam vos facitis eum gehennę: diploteron hymon, ideſt
duplicius q; vos eſtis, quaſi vtriq; ſint duplici nomine filij gehennæ, verum hic aduena magis q; illi. Re-
uerſus enim ad vomitum, agnita veritate, ex Iudęo fiebat Samarites & apoſtata a fide. Videns enim ma-
D giſtrorum vicia, qui deſtruerent moribus quod verbo docebant, ad ritus gentis ſuę reuertebatur. Cęterum
dicens dominus, circumitis mare, &c. Significauit tacite: Cito defecturum Iudęorū genus, qui prius erant
ſicut aſtra cęli, dicente Moſe, diſperget te dominus in omnes populos, &c. Sicut eſt dies hęc. Mare igitur Deut. 28.
circumibant, mittentes hamum: vt vel vnum miſerum prenderent, aut includerent naſſę ſuę. Sed quia ci-
bum amariſsimum circunciſionis imponebant hamo, vix vnum aut alterum piſcem piſcabantur ad Ge-
hennam. Circumitis inquit mare. Prędicabant gentibus, q; ſalui eſſe non poterant, ſine obſeruantia legis
Moſaicę. Id autem falſum eſt, ſicut patet Exo. 12. c. Gentes enim ante euangelium ſalutem conſequeban- Abulen.
tur, ſi ante mortem in fine vitę dolerent de peccatis ſuis. Vide. 3. Reg. cap. 8. Cęterum Gabaonitę neceſsita- Ioſue. 9.
te cogente, imo per fraudem inſerti ſunt populo Iudaico. Vę vobis duces cęci, qui dicitis: Qui-
cunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet.
Stulti & cęci: quid enim maius eſt, aurum, an templum quod ſanctificat aurum? Et
E quicunque iurauerit in altari, nihil eſt, qui autem iurauerit in dono quod eſt ſuper
illud, debet. Cęci quid enim maius eſt, donum an altare quod ſanctificat donum?
Qui ergo iurat in altari, iurat & in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et quicun-
que iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cælo,
iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. Hieronymus. Traditionem Phariſęi ſtatue- Hierony.
runt huiuſmodi. Siquis verbi gratia in contentione vel iurgio ſeu in cauſę ambiguo iuraſſet in templo,
ideſt per templum, & poſtea conuictus eſſet mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin autem iuraſſet in
auro & pecunia, quę in templo ſacerdotibus offerebatur, ſtatim id in quod vel per quod iuraret, cogeba-
tur exoluere. Rurſus ſiquis iuraſſet in altari, idem erat quod iuraſſe per templum. Si iuraſſet per donum

TT v quod

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

quod erat ſuper altare vel offerebatur, idem erat quod iuraſſe in auro. Hæc faciebant ſacerdotes, non ob
Dei timorem, ſed ob diuitias cumulandas. In veteri quidem teſtamento non permittit dominus Chriſtus
donum maius eſſe altario, apud nos autem magis altare a dono vel donis ſanctificatur. Tamen quod at-
tinet ad iuramentum, ſiue iures per templum, per altare aut donum, non refert. Cum mentiendum nõ ſit,
Mendax. mentiri non liceat. Lex autem erat in regno Legionenſi, condita anno domini. 1058. Diruantur a funda-
Epheſ. 4. mentis domus illorum, qui conuicti fuerint falſum dixiſſe teſtimonium. Dicit autem Paulus. Deponentes
omne mendacium, loq[illegible]mini veritatem cum proximo. Proximus autem noſter omnis eſt & condicione
primæ natiuitatis & ſpe[illegible] conuerſionis. Vnde & inter hoſtes ſeruanda eſt fides, & non conſiderandum cui,
Hierony. ſed per quem iuraueris. M[illegible]lto enim fidelior inuentus eſt ille, qui propter nomen domini tibi credidit, &
deceptus eſt, te qui per occaſionem diuinæ maieſtatis hoſti tuo imo iam amico es machinatus inſidias.
Cap. 17. Vnde dominus per Ezechielem de Sedechia qui fregit ius iurandum, quod inierat cum rege Babylonis, F
Nunquid proſperabitur inquit, aut conſequetur ſalutem? Et qui diſſoluit pactum, nunquid effugiet? Vi-
Chryſoſt. uo ego, quoniam iuramentum quod ſpreuit ponam in caput eius. Chryſoſto. Iam antea vos rogaui, vt
Ioannis caput abſciſſum adhuc calido cruore diſtillans ſumentes, ſicut domum ſuam quiſque redeatis, &
putetis ante oculos ipſum habere: vocem emittentem & dicentem, odio habere iugulatorem meum iu-
ramentum. De hoc Zach. 5. iuxta. 70. Ecce falcem volantem, & ingredietur domum iurãtis nomine meo,
Figura. & diſſoluet lapides & ligna, & diſſoluetur domus illius, vt ruina domus illius alijs ſit exemplo. Igitur re-
cordare, quomodo iuramentum iactam cum Nabucodonoſor, vrbem ingreſſum, domos templum mœnia
deſtruxit, & nec ſancta ſanctorum nec ſacra vaſa nec aliud quicquam pœnam auertit: quia iuramentum
fuerat violatum. Ergo ad cumulum peccatorum ſuorum Sedechias adijciens periurium, regnum perdidit,
oculos amiſit filijs eius coram trucidatis, & carceri perpetuo traditus eſt. Væ vobis Scribæ & Pha-
riſæi hypocritæ, qui decimatis mentam rutam ciminum & omne holus, & reliquiſtis G
quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam, fidem & charitatem Dei. Hæc
autem oportuit facere, & illa non omittere: duces cæci excolantes culicem, Came-
lum autem glutientes. Væ vobis qui eſtis vt monumenta: quæ non patent: Lucas: &
homines ambulantes ſupra neſciunt. Hieronymus. Arguuntur Phariſæi auaritiæ, quod ſtudioſa
Hierony. etiam vilium holerum decimas exigant, & iudicium in diſceptatione negociorum miſericordiamque in
pauperes pupillos & viduas, & fidem in deum, quæ magna ſunt negligant. Quod autem dicit, hæc opor-
tuit facere: non adhortans ad decimandum herbas dicit, ſed ne videretur Moſi contrarius. Poteſt & hic
eſſe ſenſus, Phariſæos vſque adeo cultores eſſe iuſticiæ, vt e viliſsimis rebus exacte decimas ſoluerent ſa-
Abulenſ. cerdotibus cum interim domos vorarent viduarum. Ita dicit Abulenſ. Dabant decimas de ruta mento &
Chryſoſt. aneto, & ſublegabant pecuniam Deo ſacram. Ad hæc Chryſoſto. Siquis decimam alicuius rei non ſoluiſ-
Matth. 27. ſet, corripiebant eum grauiſsime, perlecto anathemate, extinctis candelis, pulſatis cymbalis, &c. Siquis H
2. Reg. 2. proximum lædebat, luſum putabant dicentes, quid ad nos, tu videris. Iſte eſt luſus de quo ſcriptum eſt,
ſurgant pueri & ludant. Idem Chryſoſt exponit hunc locum ſicut prædiximus. Phariſæi minimarum qui-
dem rerum decimas offerebant, oſtendendæ rel[illegible]ionis gratia, in iuditijs autem erant iniuſti, in fratres ſtru
Abulenſ. ctiones, in veritate in creduli. Ponit autem A[illegible]ulenſis hoc loco hanc concluſionem poſt. S. Thomã, deci-
mæ non ſunt de iure naturali, alioqui omnes gentes tenerentur ad earum ſolutionem nec poſſet papa in
hoc diſpenſare, cuius vtrius eſt contrarium. Nec ſunt de iure diuino, ſed poſitiuo. Si dicas, cõtra hoc ſunt
omnes fere iuriſtæ, tractent inquit ille fab[illegible]a Fab. 1. Nec dubitamus quin debeantur, ſed quo iure. Et pa-
tet intuenti, quod iure eccleſiæ. Nam legal[illegible] in cruce diem ſuum obierunt. Et dicit ad autoritates allegatas in
contrarium, ſpecialiter extra de decimis cap. parrochianos. quod licet ſint pontificum, ſunt negandæ, quia in
hoc præponuntur illis, qui melius exponunt ſacram ſcripturam, & illam intelligunt. Circa vero diffini-
tionem cauſarum & ea quæ pertinent ad iuriſdictionem, magis ſtandum eſt vni decretali, quam quatuor do- I
ctoribus theologis. vide in decretis diſtin. 20. paragra. Decretalis quoque. Eandem concluſionem ponit ſu-
per Leui cap. 27. Sciendum autem quod Iudæi quolibet anno duas decimas faciebant, prima dabatur Leuitis
Decimæ. Num. cap. 18. Secunda fiebat ex nouem reliquis partibus, ex qua hac victitabant, cum aſcendebant ter in
anno in Hieruſalem. Vide Deut. cap. 12. & cap. 14. Item quolibet trimo faciebant de octo partibus rema-
nentibus tertiam decimam pro pauperibus, viduis, pupillis, Leuitis, in modum eleemoſynæ, ne cogeren-
tur mendicare, ſicut habes Tobiæ cap. 1. Dicit autem dominus Num. cap. 18. Optima & electa erunt cun-
cta quæ loco decimarum ſoluere debetis. Si inquit de communibus decimas ſoluitis, & Ethnici hoc faciũt,
facitis ad quod iure tenemini. Sed ſi plecara & meliora obtuleritis, reputabũtur vobis quaſi de arca, &c.
Hoc eſt: Si de melioribus dederitis & gratis, ſicut dantur oblationes ſpontaneæ. Teſte autem Plinio, Ro- K
bitur vobis, quaſi dono dederitis. Ro- quidem nouas fruges aut vina, ante quam ſacerdotes primicias libaſſent. De-
mani antiqui ne deguſtabant quidem nouas fruges aut vina, ante quam ſacerdotes primicias libaſſent. De-
cimabant igitur iſti omne holus, alias autem tondebant pelles de ſuper humeros miſeræ plebis. Miche. 3.
Plinius. Legimus de Nerone, quod poſita prima lanuginæ, eam conditam in auream pyxidem, & preciosis margari-
Nero. tis adornatam capitolio conſecrauerit, Ioui optimo maximo, digno tanto dono talibusque primitijs. Ad
hæc Gregorius. Nam negligenter attendendum eſt, quod cum decimari minima diceret, extrema de holeribus
Gregorius maluit, ſed tamen bene olentia memorari, vt oſtenderet quod ſimulatores cum parua cuſtodiunt, odorem de
ſe oſtendere bonæ opinionis quærunt, & quamuis implere maxima prætermittant & grauiora legis, ea ta-
men minima obſeruant, quæ longe redolent, curioſi famæ, conſcientiæ negligentes. At qui vtrque præſtan-
da erant. Duces cæci excolantes culicem, &c. Excolabant igitur culicem, decimantes holera, glutiebant
Camelos

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Camelos,relinquentes grauiora legis. Quid ſi decimabant holera,& furabantur maiores decimas puta
frumenti vini & olei? Iſti ſunt qui ne contaminarentur,ſed ſanctificati(proh deum immortalem)ſuũ mã- Ioan. 18.
ducarẽt paſcha profanum,atrium Pilati contingere non audent,ecce liquantes culic[illegible]n: Nos legem ha- Ioan. 19.
bemus,& ſecundum legem debet mori: Ecce glutientes Camelum. Deniq; cum ante crucem ſtantes lym-
phaticorum more imo & phreneticorum mouerent tranſeuntes capita ſua, Camelum glutientes qui pro Eſai. 53.
ſuis cruci fixoribus orabat, ne perirent, rurſus excolantes culicem, rogauerunt Pilatum, vt traderetur ſe Ioan. 19.
pulturæ. Sic cum ex pecunia templi mercati eſſent ſanguinem iuſtum: Camelu[illegible] glutientes, reſtituente
Iuda pecuniam, excolantes culicem: Non licet inquiunt mittere hanc pecunia[illegible]n donaria templi, quia Matth. 27.
precium ſanguinis eſt. Tale quid paſſus eſt aliquando Dauid,qui pręcidens or[illegible]n veſtimenti Saul regis, 1. Reg. 24.
granicer percuſſus eſt a corde ſuo,hoc eſt excolauit quendam culicem. Cum autem tulit vxorem alienam
A & occidi iuſsit virum eius,nihil tale paſſus eſt,ſed hunc innocentem camelum facile hauſit. Væ vobis qui
eſtis vt monumenta. De hoc infra.

Caput. x. Ponitur multiplex væ contra legis peritos: contra ſcribas & hypo-
critas,qui rurſus vocantur monumenta oſsibus plena. Væ vobis qui ædificatis
monumenta prophetarum, & qua de cauſa. Implete menſurã patrum veſtro-
rum. Vocantur ſerpentes & viperæ. Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapiẽ
tes,& c. Requiretur a vobis ſanguis Abel & omnium iuſtorum.

RESpondens autem quidam de legis peritis, ait illi. Magiſter hæc
dicens,etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. Et vobis legis
peritis væ,qui oneratis homines. Lucæ. cap. 11. Quæ verba expoſita ſunt ſu
B pra,repetita ſunt autem hic propter verbum huius doctoris,qui ſibi male conſcius,
quod generaliter ad omnes dicebatur,ſibi & ſui ſimilibus dictum putabat, nec fal-
lebatur,quia teſtimonium non habebat a conſcientia. Alioqui dominus Ieſus om-
nium conſciẽcias conueniebat, nullum digito notabat. Dixit tamen aliquando,
Simon habeo tibi aliquid dicere, Lucæ. 7. Quia ipſe prius notauerat dominum igno
rantiæ,& mulierem impudicitiæ, ideo talione multatur. Væ inquit illis,qui cũ ma- Iob. 39.
iora pręcipiant,nec minima obſeruant, liberi & facto quaſi onagri in ſolitudine. Sequitur. Væ vobis
Scribæ & Phariſæi hypocritæ,qui mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis,
intus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Phariſæe cęce munda prius quod intus
eſt calicis & paropſidis,vt fiat illud quod deforis eſt mundum. Quod nos legimus, pleni
C eſtis: Græce dicitur,plena ſunt. Mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intus autem plena ſunt
immundicia,& rapina, Katharizete to exothen tu poteriu, Kę tes paropſidos, eſothen de gemuſin ex har-
pagis Ke arraſias. Eſt autem ſenſus, pocula ac patinas Phariſæis eſſe nitidas & bene lotas. Cęterũ ipſum
vinum ipſosq; cibos eſſe immundos, vt pote acquiſitos [illegible]pina & fraude: Atque hanc immunditiam vel Pſal. 44.
maxime vitandam ijs qui vere mundi videri vellent: Om[illegible]s enim gloria filiæ regis ab intus eſt. Vnde in- Hiere. 2.
tulit, Phariſæe cęce munda prius quod intus eſt calicis, &c[illegible] Hoc eſt quod loquitur dominus ad Hieruſa-
lem dicens. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herba[illegible] borith maculata es in iniquitate tua coram
me dicit dominus. Hieronymus. Pro borith Hebraico. 70. di[illegible]runt poan, quæ eſt herba fullonum, & ad Hierony.
lauandum ſordes eandem vim habet cum nitro. Nitrum autem [illegible] quo fit aqua fortis, pœnitentia eſt. Bo-
rith Iudæorum ſunt ſacrificia legis & variæ lotionis ad emundationem carnis. Pulchræ igitur, maculata
es coram me, quamuis hominibus munda videaris. Quid igitur confert ad animæ puritatem vaſorum & Eſai. 1.
D vrceorum tam frequens defricatio, cum & manus veſtræ plenę ſint ſanguine, & calices ipſi rapina & o-
mni ſpurcitia? Lauamini, intus, mundi eſtote(ſi res fert)foris, auferte malum cogitationum veſtrarum ab
oculis meis. Lauate fontem, & ecce omnia munda ſunt vobis. De hoc dictum eſt lib. 6. cap. 1. & 2. Pulchre
igitur appellatur & compellatur Phariſęus cęcus, qui ſe contempto, quaſi oculos habeat a tergo, identidẽ
abluat vaſa & paropſides & ſeipſum ſubinde, in ſe autem nunq̃ deſcendat, quaſi qui non legerit illud,
effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & dabo vo- Ezech. 36.
bis ſpiritum nouum, & c̃. Dixit autem & Paulus, omnia munda mundis, coinquinatis autem & infideli- Sabellicus.
bus, nihil eſt mundum, ſed inquinatę ſunt eorum & mens & conſcientia. Rom. 14. Apud ſaxones induci-
tur templo cuidam Dei parę vnus aliquis e populo die cinerum, hominum opinione nequiſsimus. Hunc
velato capite, pulla veſte, ſacris admouent, quibus rite perfectis, templo ejicitur, eiectus, toto ieiuniorum
tempore nudis calcibus vrbem per errat, ſanctorum templa viſitabundus: Sacerdotes illi victum ſuppedi-
E tant, mox dominica cœna iterum templo inductus poſt olei conſecrationem ab vniuerſo clero expiatus
dimittitur, eleemoſyna prius accepta, quam pie offert in templo. Hunc Adam vulgo vocant, quia vt
protoplauſtus ille omni vacet crimine, per eumque ciuitas creditur expiata, ſicut Iudęorum Gens per ca- Leui. 16.
prum illum emiſſarium. Verum tu heus Phariſęe cęce crede veritati dicenti, munda prius quod intus eſt
calicis, id eſt conſcientię tuę, & cętera munda fient. Væ vobis ſcribę & Phariſæi, qui ſimiles Matth. 23.
eſtis ſepulchris de albatis, quę foris apparent hominibus ſpecioſa, intus aũt plena
oſsibus mortuorum & omni ſpurcicia. Sic & vos quidem a foris apparetis homini-
bus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Harum ſimiarum pulcherrima de- Gene. 6.
formis eſt. Legimus de arca Noe, q̃ intrinſecus & extrinſecus bitumine lita erat, ne qua aquę intus irrum-
perent.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

perent. Cæterum de arca teſtamenti maius aliquid ſcriptum eſt, de aurabis eam inquit intus & foris auro
Chryſoſt. mundiſsimo. Exo. 25. Aut igitur eſto intus quod apperes foris inquit Chryſoſt. Aut appare quod es, aut
certe inuerte ſilen[illegible]m, & celans intus pulchritudinem, oſtende nobis quod intus celas. Si pennas explicare
Iob. 39. placet, explica tam quæ in pectore ſunt quam eas quæ ſunt a tergo. Sed ſicut ſcriptum eſt, pœna ſtruthionis
Gregorius ſimilis eſt pennis Herodij & accipitris. Gregorius. Quis neſciat ardoleam & accipitrem ſublimi petã aues
reliquas quanta volatus ſui velocitate tranſcẽdant. Struchio vero pennæ eorum ſimilitudinem habet, ſed
volatus celeritatem n[illegible] habet. A terra quippe eleuari non valet. Et alas quaſi ad volandum ſpecietenus
erigit, ſed tamen nunq[illegible]m ſe a terra volando ſuſpendit. Ita nimirum ſunt hi qui ſepulchra vocantur, ha-
bent quippe ad volan[illegible]m pennas per ſpeciem, ſed in terra repunt per actionẽ, quia alas per figuram ſan-
ctitatis extendunt, ſed curarum ſæcularium pondere prægrauati, nullatenus a terra ſubleuantur. Bene er-
go ſemipulchri vocantur, quia pennas habent ſimiles ardeolis, raras tamen, ſed cum raritate pennarũ cor- F
Matth. 7. pore prægrauantur immani, vt & ſi volare appetent, pennarum paucitas molem tanti corporis in aere
Herodes. non ſuſpendat, eſt rarus in pennis, mortuorum oſsibus refertus. Non igitur penſanda ſunt quæ oſtendunt
in imagine, ſed quæ ſeruant in actione, a fructibus enim ſuis cognoſcentur. Scitum eſt illud Herodis At-
tici in palliatum crinitum barba ad pubem vſque porrecta. Video barbam & pallium, philoſophum non-
dum video, compluribus enim mortalium adſunt virtutis inſignia, qui tamen vera virtute vacui ſunt, oſ-
ſibus autem pleni, vermibus ſcatentes, in vno ſepulchro condiebatur tota progenies vnius Iudæi. Ibi in-
quit propheta habitabunt beſtiæ, dracones, ſtruthiones, piloſi, vlulæ & ſirenæ. Piloſi iſti de quibus Eſai.
cap. 13. Dæmones intelliguntur. Vnde Leui. cap. 17. Vbi dicitur. Nequaquam vltra hoſtias immolabunt
dæmonijs, Hebraice pro dæmonijs dicitur: La ſchirim, quod dæmonum proprie ſignificat, ducitur que a pilis
eo que nomine Hebræi appellatos dæmones putant, quod horripilare eos faciant qui in eos inciderint. Augu-
ſtinus ſteuchus. Ibi latet hypocriſis, rapina, ambitio, amor ſui ipſius, malorum omnium fons iuxta Pla-
tonem. Hæc ſunt oſſa quibus plena ſunt ſepulchra veſtra. Et enim animę in vitijs ſepultę inquit Augu- G
Auguſt. ſtinus corpus ſepulchrum eſt. Sepulchrum enim patens eſt guttur eorum. Vnde illud: Nomen habes quod vi-
Rom. 3. uas, te autem mortuus es. Apoc. 3. Hoc eſt quod dicitur iuxta Prouerbium, geſtare plumbeum gladium
Prouerbiũ in eburnea vagina, qualis erat vagina gladij Mithridatis, quadringentorum impenſa talentorum inſtru-
Cap. 5. ctu. Cæterum ſtruthiones iſti qui vocantur pardi in Daniele, quattuor habent alas. Iactant enim ſe de bo-
no quod habent in manifeſto, ſunt enim ſemi pulchri. Simulant bona occulta, quibus penitus vacui ſunt,
Excuſant mala manifeſta dicentes, magiſter hęc dicens, etiam in nos iniurius es, diſsimulant mala occul-
ta, cum conſcientia eorum nihil aliud ſit quam mare malorum, & conditorium mortuorum. De caluabit au-
Lucę. 11. tem dominus verticem filiarum Sion (Eſai. 3.) & apparebit corniculę turpitudo. Hieronymus. Quamdiu
Hierony. contegimur crine & veſte ignorantię, & homines nos putãt ſepulchra dealbata, qui pleni ſumus oſsibus
mortuorum: Videmur aliquid habere mundicię. Cum autem ablata fuerit Cęſaries, fœda caluities omni-
bus apparebit. Væ vobis ſcribæ & phariſęi hypocritę, qui ędificatis monumenta pro- H
phetarum, patres autem veſtri occiderunt illos. Iuxta Lucam, Matthęus, & ornatis mo-
numenta iuſtorum, & dicitis. Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non
fuiſſemus eorum ſocij in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmet
ipſis, quod filij eſtis eorum, qui prophetas occiderunt. Lucas: Profecto teſtificamini, quod
conſentitis operibus patrum veſtrorum, quomodo quidem ipſi eos occiderunt: vos
autem ędificatis eorum ſepulchra. Matthęus. Et vos implete menſuram patrum ve-
ſtrorum ſerpentes progenies viperarum: Quomodo fugietis a iuditio gehennę?
Chryſoſt. Sciendum iuxta Chryſoſt. quod Phariſęi non officio pietatis, & vt honorarent prophetas occiſos, ſed vt ex
cęde illorum vires ſuorum oſtenderent, monumenta reędificabant, timentes, ne ſi vetuſtate ſepulchra cor-
ruerent, tanti facinoris & audacię memorię excideret. Sed vnde per hoc vocantur hypocritę? Pręferebant I
ſe in iuſticia maioribus ſuis, dicentes, ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum,
&c. Cum tamen ipſi multo atrociora patraturi eſſent in dominum prophetarum & in ſeruos eius. Simu-
lantes igitur ſe fauere innocentię prophetarum, ac deteſtari crudelitatem eorum a quibus fuerant trucida-
ti, extruebant magnifice conditoria eorum. Cum aliud haberent in intentione. Pulchre autem vocantur
progenies viperarum, quia ſicut viperę naſcentes, diſcerpunt matrem, ita illi infamabant parentes, cum
dicunt, ſi fuiſſemus, &c. Itaque hoc animo cum ſitis, teſtimonio eſtis vobis metipſis, quod conſentitis operi-
bus patrum veſtrorum. Vnde probas? Implebitis menſuram patrum veſtrorum. Denique ſi ędificabant
Eccle. 29. monumenta iuſtorum, ex rapina erat pauperum & domibus viduarum quas vorabant. Dicebant autem
ſi eleemoſynas incluſerimus in viſceribus pauperum, operam ludimus. Quis enim videt? Et ſi videant, non
multi videbunt, etiam ſi tuba aduocemus turbas. Matth. 6. Et demus multos affuiſſe, tranſit tempus, & K
cum tempore beneficiorum noſtrorum memoria. Aedificemus igitur iuſtorum memoriam, & turrim quę
pertingat ad cęlum vſque, Gene. 11. Vt cum cœperimus ardere apud inferos, celebris ſit memoria noſtra
in terris, & dicatur, Hęc eſt manus Abſalonis. Iſti ſunt bene noli trũdatores iuxta Prouerbium, tradi-
eſt autem ab Oreſte, qui trucidata matre Clytęneſtra, parentale conuiuium velut in illius honorem cele-
buit. Ptolomęus Philopatoris filius matrem Berſeuicem in carcerem coniectam: Soſibio tradidit aſſeruã-
dam. Vbi illa non ferens eam filij contumeliam: ſumpto veneno interijt. At ille perturbatus ſomnijs, mo-
nimentum in medio vrbis extruxit. In hoc vna cum matre maiores omnes ſuos compoſuit, & inter hos
Rex quidã Alexan. mag. Nec contentus officio beneuolus trucidator, templum eidem conſtituit in Aegialis, cui
nomen inditum Berſenicę ſeruatricis, Zenodotus. Legimus de domino domino Ramone rege Aragonię,
quod erexerit

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

quod erexerit a fundamentis in regno ſuo eccleſias numero tercentum. Legimus de beato Gregorio pon- Gregorius
tifice, ꝙ aluerit Romæ monachas numero tria milia ex redditibus Eccleſiæ. Hæc autem ſunt vera templa
ſpiritus ſancti iuxta apoſtolum. De his lapidibus quos ferrum non tetigit ædificatur domino altare au-
reum. Deut. 27. Itaque vos qui progenies viperarum eſtis, ætate quidem iuniores, malicia deteriores Im-
plete eorum menſuram, facite quod facturi eſtis. Ioan. 15. Quo verbo oſtendet illos iam olim conſpiraſſe
in mortem domini Ieſu. Si fuiſſemus inquit. Chryſoſt. Hoc verbo dominus naturalem conſuetudinem o-
mnium malorum exponit, ꝙ alter alterius culpam cito intelligit, ſuam autē difficil. Ecce iſti culpas alio-
rum velut cenſores digito notant, quos tamen in homicidio omnium atrociſsimo ſuperaturi erant olim,
& impleturi menſuram parentum ſuorum. Hieronymus ſuper Ezech. cap. 7. Diximus alias, ꝙ quamdiu Hierony.
Iudæi non miſerunt manus in hæredem, dormitauerit eis ſententia domini, & dilatam eſſe, iuxta illud, Gene. 15.
A Nondum impletæ ſunt iniquitates Amorreorum. Quando vero interfecerunt hæredem, vt periret hære- Matth. 21.
ditas, tunc euigilaſſe atque ſurrexiſſe aduerſus eos omnem ordinem miſeriarum, quia non quæſierunt cæ-
leſtia, ſed terræ ad hærere cupierunt. Et iuxta Zachariam cap. 5. Hæc eſt impietas quæ ſedebat ſuper am- Figura.
phoram ac menſuram peccatorum Iudaicæ plebis. Graue pondus erat (talentum videlicet) ꝙ prophetas
occiderunt ad ſe miſſos, ſed tolerabantur interim a clementia Dei, donec ſuper hoc talentum, quod erat
intra amphoram regni Iudaici, impietas ſedit, & onus fecit intolerabile. Vnde iubetur de ferri in Baby-
lonem, vt quæ prius in ſuo ſcelere gloriabatur dicens, non habemus regem præter Cęſarem, nunc impleta Ioan 19.
menſura, æterno ſilentio conticeſcat, quia nihil eſt vltra Dei iniuriam grauius peccare quod poſsint. Ad
hæc Chryſoſtomus. Nunc quærendum eſt a Iudęis poſt annos mille & quingentos quando finiri exiſti- Chryſoſt.
mant hanc ſuam quartam captiuitatem. Nam ſi peccata obijciant, grauius peccauerunt, cum vitulum
coluerunt, & omnem miliciam cæli. 4. Reg. 21. Recluſo templo domini. 2. Parali. 28. Sed poſtquam imple- Exo. 32.
uerunt menſuram patrem ſuorum, diſperſi ſunt in quatuor cæli ventos. Nam ſi Chriſtus impoſtor erat, nō Zach. 2.
B iniquitatem operati ſunt occidendo eum, ſed obſequium fecerunt Deo gratiſsimum! Sicut Phinees Num.
cap. 25. Quod ſi homo vos expugnauit non item deus: Nunquid homo ignem e cælo vobis miſſum inter- Leui. 9.
cipere potuit? Rurſus ſi quando cognoſcendum erat aliquid e propiciatorio vox quædam audiebatur, pre- Num. 7.
dicens futura. Rurſus e lapidibus qui erant in pectore ſummi ſacerdotis (id vocabant declarationem) re- Exo. 28.
lucebat fulgor quidam pręcicens vel ſignificans futura. Eſto igitur ꝙ muros hoſtes veſtri diruerint, num
& ignem de alto, vocem e propitiatorio: num manifeſtationem in lapidibus, num cætera omnia ſuſtulit
homo? Reuera autem abſtulit illæ cuius in humilitate iudicium ſublatum eſt. Eſai. 53. Nemo enim tum
iuxta iuris rationem de illo ſuffragium tulit, ſed falſa potius aduerſus eum recipiebant teſtimonia: Et ta- Theophy.
men erit in pace memoria eius vel ſepultura eius. Eſai. 57. Tamen vos implete menſuram. Theophyl.
Quia ſcorpiones eſtis & talium patrem progenies, & inſania in ſania obſtinati eſtis, vt in curabiles ſitis,
C reliquum eſt quo operam detis, vt patres veſtros malicia vincatis, hoc autem erit quando me occidetis.
Quod autem dicit: Quomodo effugietis a iuditio gehennę, hoc non pro impoſsibili ponit, ſed pro admo-
dum difficili, tamen quoties peccator genuerit, remittetur ei vſque ad decem milia talenta. Similis eſt au- Matth. 18.
tem hæc ſententia illi Hiere. 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem, &c̄. Propterea ſapientia Dei di-
xit. Ecce ego mitto ad vos prophetas & apoſtolos: ſapientes & ſcribas: & ex illis
occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris: & perſequemi-
ni de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos. Lucas: & inquiratur ſanguis omnium
prophetarum: Matthæus. & omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram. Lucas.
a conſtitutione mundi a generatione iſta, Matthæus & Lucas. a ſanguine Abel iuſti vſque
ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Ca-
ietanus Forte ideo iſti duo tantum nominantur, quia in his tantum ſcriptura petitionem vindictæ expli-
D cat. De Abel Gene. 4. de Zacharia. 2. Parali. 24. Videat dominus & requirat. Nomine igitur iſtorum vin-
dicta omnis ſanguinis iuſti effuſi ab eis veniet ſuper eos, poſtquam impleuerint menſuram patrum ſuo-
rum. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione, & venient hæc omnia ſuper gene- Prouerbiū
rationem iſtam. Sapientia Dei quę loquuta eſt id quod ſequitur ipſa eſt, quę in fine ſęculorum ędifi- 1. Tim. 2.
cauit ſibi domum ſiue corpus humanum, ſiue eccleſiam, nihil intentatum relinquens, ſi qua fieri poſſet, Leui. 24.
vt omnes homines in agnitionem veritatis venirent. Nam extructa domo & poſita menſa diuinę ſcri-
pturę, duodecim panes in ea propoſiti ſunt, myſterium beatiſsimę trinitatis quod pręcicandum erat per
quatuor orbis partes. Miſit primum ancillam ſuam, in cuius nomine Moſes & prophetarum ordo pręfi-
guratur, vt vocarent Iudęos non ad conficiendos lateres, ſed ad cœnam magnam. Horum autem ad ſe- Lucæ. 14.
miſſorum partem occidentes, partem male mulctantes, omnes aut fere conuiuium deprecati ſunt. Venit
igitur ipſa Dei ſapientia, quia reuera inquit reuerebuntur me, pręcicauit regnum cęlorum, non tacuit vi- Matth. 21.
E cia eorum, ſed illi multa febre phrenitici, quibus inuiſa erat omnis virtus & omnis morum diſciplina, &
in hunc parant manus inijcere, vt impleant menſuram patrum ſuorum. Quid igitur faciam quamdiu ſa-
nabiles videntur? Mittam ad eos alios prophetas, apoſtolos ſapientes & ſcribas, ideſt legis doctores, non
ꝗ clam me ſit, quid facturi ſint & iſtis, ſed ne vel vmbram, quidem excuſationis habeant apud deum, qui Actu. 7.
toties ad pœnitentiam inuitati, ſemper ſui ſimiles eſſe perrexerunt, ſicut ſcriptum eſt, vos ſemper ſpiritui
ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri ita & vos, imo vos multo nocentiores & virulentiores. Et vnde no-
centiores? Adeo vincet veſtra malicia Dei bonitatem, vt miſſos ad vos apoſtolos qui miraculis fulgeant,
qui de vobis omnibus optime mereantur idque gratis (idem de ſapientibus intellige, &c̄) ad mortem vſ-
que ęſuri ſitis, quoſdam flagellantes, crucifigentes, quoſdam cęſos e prouintia veſtra tanquam peſtem
aliquam

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

aliquam fugantes,ſed malo veſtro,vt quia toties percuſsi,diſciplinam non recepiſtis, inquiratur a vobis
omnis ſanguis,&c. A generatione iſta. Nam quoniam huius ætatis Iudæi ſuperant omnium veterum re-
bellionem,peruerſitatem crudelitatem & infidelitatem, tam atrociter punientur, quaſi quicquid diuerſis
Hierony. ſęculis impie patrarunt maiores eorum,id ſoli iſti peregiſſent. Vna inquam natio veluti pro omnibus ma
iorum facinoribus pœnas luet, quæ quicquid fuit in præteritis generationibus maliciæ ſupergreſſa eſt.
Hieronymus. Duas generationes bonorum & malorum eſſe ex alijs locis colligimus. Cum ergo dixit,
vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus,a ſanguine Abel, &c. Licet iſti non occiderint Abelem neque
2. Paral. 24. Zachariam,tamen quia ſimilia ipſi Cain impio & Ioas regi contra apoſtolos & prophetas ad ſe miſſos
fecerunt,de vna generatione eſſe referuntur,cuius caput Cain eſt,ſicut Ezech. 14. Ponuntur ſimul Noe,
2. Theſ. 2. Iob & Daniel,qui tamen diuerſis temporibus vixerunt. Nam iuxta apoſtolum iam myſterium opera-
tur,hoc eſt antichriſtus quidem in perſona nondum viſus eſt, multos tamen iam olim miſit prænuntios
aduentus ſui,de quorum numero erat Nero,erat Cham & Cain. Si autem de Lamech ſeptuplum ſumpta F
eſt vltio,quia exemplo ipſius Cain,non abſtinuit a parricidio, de Iudæis non ſeptuplum ſed omnis ſan-
guis iuſtus exquiretur,ex quo acceperunt ſuper ſe ſanguinem iuſti,dicentes. Veniat ſuper caput noſtrum
Matt. 27. vltio ſanguinis iuſti huius,& ſuper liberos noſtros. A ſanguine inquit Abelis vſque ad ſanguinem Za-
chariæ. Occidiſtis,ſacerdotem,magnum,filium tanti ſacerdotis,cuius prouidentia regem habuiſtis, occiſa
4. Reg. 11. impijſsima Athalia,Et occidiſtis eum inter templum & altare. Quo enim locus ſacratior,eo homicidium
2. Para. 24. funeſtius,feciſtis autem tantum malum quaſi ob oculos diuinæ maieſtatis. Sed dices. Si pro peccato Abel
iam punitus fuerat Cain,& Ioas rex pro occiſo Zacharia,quare ventura eſt ſuper Iudæos vltio ſangui-
Abulenſ. nis eorum? Verum eſt ꝙ pro peccato perſonali vltum fuerat in regem Ioas,ſed peccatum populi aſſentien-
tis in mortem Zachariæ,vindicatū non fuerat. Idem poteſt dici de morte Naboth,de quo vide, 3. Reg. 21.
Hoc quo ad mortem Zachariæ. Eſt autem dubium de morte Abel, cum Iudæi iuxta carnem non ſint de
ſtirpe Cain,cuius omnis poſteritas perijt in diluuio. Dicendum ꝙ poterant eſſe ex genere Cain ex parte G
matris. Videntes enim filij Dei filias hominum ꝙ eſſent pulchæ,&c. Si dicas, ſcriptum eſſe,ego dominus
Exo. 20. qui reddo peccata patrum in filios vſq; in tertiam & quartam generationem, & ab Adam vſq; ad Chri-
ſtum generationes numerantur. 7. & ſeptuaginta, quomodo ergo ſanguinem Abel qui tot retro genera-
Luc. 4. tionibus fuſus eſt,nunc requirendum eſſe dominus dicit a generatione iſta? Dicendum ꝙ parricidiū Cain
non eſt vindicatum in eo,imo dicente illo,omnis qui me inuenerit,occidet, reſpondit dominus: Non ſic.
Quinimo poſuit dominus ſignum in eo,vt nullus eum occideret,vt interim pœnitentiam agens,veniam
Gene. 4. conſequeretur. Ille autem peccatum peccato annectens, egreſſus a facie domini, &c. Itaque huius pœna
quæ pro clementia Dei dilata fuerat,ne Cain occideretur, recidit in caput Iudæorum, poſt ꝙ impleuerūt
menſuram patrum ſuorum. Chryſoſt. Reddens peccata patrum in filios. Non ꝙ alieni peccati quiſquam
Chryſoſt. ſupplicia luat, ſed quoniam qui multos propter peccata ſua vexatos eſſe non ignorat, neque idcirco fa-
ctus eſt melior,ſed eadem committens,non curat,illorum etiam & pœnas iuſte ſuſtinebit,quomodo La- H
mech dicit de Cain,ſeptuplum punietur,de ſe autem ſeptuagies ſepties. Et quidem Lamech non fratrem
occidit ſicut Cain,ſed quia nec exemplo quidem commotus, prudentior factus eſt. Quid autem Zacha-
rias iſte qui occiſus eſt. 2. Parali. 24. Vocatur hic filius Barachię, & ibi filius Ioiadæ,non obſtat, potuit
enim pater eius fuiſſe binomius.

Caput. xi. Væ vobis qui tuliſtis clauem ſcientiæ. Hieruſalem quæ occi-
dis prophetas, deq; gallina volente congregare pullos ſuos. Relinque-
tur vobis domus veſtra deſerta. De vidua quæ miſit duo æra in Gazophy
latio, & præfertur voce domini multis diuitibus.

VAe vobis legis peritis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introi- I
Luc. 11. ſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis. Cum hæc ad illos diceret,
cœperunt Phariſæi,& legis periti grauiter inſiſtere, & os eius op-
primere, de multis inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex
ore eius, vt accuſarent eum. De hoc dictum eſt ſupra cap. 9. Ibi clauditis re-
gnum cęlorum ante homines. Tuliſtis inquit clauem. Scriptum eſt autem Prouer. 3.
Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: Si vales, & ipſe bene fac. Vnde illud ex
Prouerbio, Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam. Hieronymus hunc pu-
tat eſſe ſenſum: Ad virtutem incedentibus augenda pręcepta, tradentes ſe ocio, relinquendos. Et illi qui-
dem qui penes ſe habebant claues legis, ſatis ſuperq; onerum imponebant humeris alienis, ipſi autem to- K
Hierony. ta die perſtabant ocioſi, aut iuxta Hiere. cap. 6. omne ſtudium auaritię nauabant, & in hoc ſemper alios
Matth. 20. anteuertebant curſu, ſicq; populum obuarabant recta incidentem. Dicebat autem Plato, beatiſsimas fo
Plato. re reſpublicas, ſi qui earum gubernationi præ eſſent, aut ſapientia prędíti eſſent, aut ſapientię ſtudio te-
Matth. 15. nerentur: Quorum nullum reperire erat iniſtis qui cęcorum duces ſe profitebantur, & habebant iuxta
Hiero. 4. opinionem ſuam clauem ſcientię, quorum oculos (quia ſapientes erat vt facerent mala bene autem facere
Eſai. 29. neſciebant) dominus clauſit, quia praue & ex torte ſcripturam interpretabantur, ſicut cap. 7. Eſaię cap. 9.
Ioan. 9. Eiuſdem, caput item. 53. Item pręceptum de obſeruantia ſabbati, item pręceptum de dilectione proximi.
Luce. 10. Item pręceptum de mandatis Dei portandis in manu. Deut. cap. 6. Matth. 23. Tuliſtis inquit cla-
Theophy. uem ſcientię. Clauſa erat lex inquit Theophyl. obſcuritate litterę quaſi ianua quadam. Si autem cuippiã
doctrina

Fondo ... EL COLEGIO de JALISCO

doctrina concredita fuerit, hic habet clauem ſcientiæ. Et ſi voluerit aperire, ipſe intrabit, & alijs dux erit, id qu od legis periti non fecerunt, ſed tulerunt clauem: hoc eſt abſconderunt, obſcurabant, & iam quaſi claui e medio ſublata, hoc eſt legis interpretatione, manſit clauſa eius ianua. Eſt autem fides clauis legis. Eſai. 5.
Niſi enim credideritis, non intelligetis, non aperietis, non ingrediemini. Doctores igitur non ſinẽtes populum credere in Chriſtum ſicut dictum eſt, clauem legis dicuntur tuliſſe, quia cum liber legis iuxta Ezechielem ſcriptus eſſet intus & foris, ipſi de ſcriptura interiori penitus expertes erant. Itaque magiſtris Iudæorum vſque in præſentem diem nequeuntibus legere & aperire ſignacula & myſteria pandere ſcripturarum? (qui autem poſsint, quorum dominus clauſit oculos non corporis ſed intellectus?) Licet diebus ac noctibus volumina legis indefeſſo ore meditentur, ſi dederis eundem librum in docto populo, Fatebitur neſcire litteras, & id circo legere non poſſe. Atq; e duobus malis multo leuius eſt legis imperitiam confi-
A teri, q̃ iactare prudentiam, & non poſſe ſcire quod dicitur. Ad huiuſmodi ſermones amaros quidem, ſed animis phreneticis (ſiquidem veritas ſemper ſui ſimilis cum ſit, non raro odium parit) Phariſæi grauiter commoti ſunt Sed quoniam conuenientes conſcientias ſuas: (Conſcientia autem mille teſtes, eſt enim ſpeculum ſine macula, & qui adulari neſcit) vera eſſe quæ dicebantur agnoſcebant, non currunt ad lapides, quod alias non ſemel fecerant (timebant enim populum) ſed tamen cœperunt grauiter inſiſtere, obſeruãtes ac numerantes omnia verba domini, iſti momi ruſpatores, ſi forte aliquod per imprudentiam dictum in calumniam vertere poſſent, vnde accuſarent eum. Quod dicit, os eius opprimere, græce eſt, apoſtomizin, quod ſignificat pendere ab ore, & obſeruare quid dicatur. Et id quadrat melius cum præcedentibus & ſequentibus. Inſiſtebant ei & inſidiabantur, quærentes capere aliquid ex ore eius. Cœperunt igitur eum frequenter interrogare, & perplexum reddere. Fit enim to apoſtomizein, cum plures interrogant aliquẽ de alijs atque alijs argumentis, tum enim qui non poteſt reſpondere, ſpeciem præbet ſtulti, q; hæreat. Hoc
B igitur nunc moliebantur ſceleſti iſti in dominum Chriſtum. Nam tum multi interrogarent vnum hominem (deum & hominem) videbantur eum ad hæſitantiam deducere, vt qui non poſſet reſpõdere, id quod probabiliter accidiſſet, ſi homo tantum eſſet. Quærebant igitur venari aliquid ex ore veritatis, (nodum videlicet in iunco) vt accuſarent eum. Sequitur. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas & noluiſti. Lucas. & auis nidum ſuum ſub pennis. Matthæus & Lucas, & noluiſti, ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Dico enim vobis non me videbitis a modo, Lucas, veniat, cum dicitis. Matthæus & Lucas: benedictus qui venit in nomine domini. His igitur ita peroratis, clementiſſimus paſtor qui neminem vult perire (qui autem velit, quando Paulus optaret eſſe anathema pro fratribus ſuis, ſi optabile id eſſet) conſiderans miſerabile excidium quod imminebat ciuitati, de qua tam glorioſa di-
C cta ſunt, qui alias fleuerat ſuper eam, nec rurſus affectu pij parẽtis ingratum plangit populum, qui nullis beneficijs, flecti potuit ad pœnitentiam. O inquit Hieruſalem ciuitas magni regis, quæ occidis prophetas & lapidas, Nec dicit: Quæ occidiſti & lapidaſti, ſed de præſenti, quaſi hoc proprium & naturale habens. Refert Sabellicus mirabile quiddam de Iudæis ſanguinarijs. Sub id tempus quo Traianus vita diſceſsit, Iudæi ſubita defectione Græcos Romanoſq; qui Cyrenis & in Cyrenaica regione agebant, ex improuiſo adorti, ad ducenta. 20. milia trucidauere. Cæſorum inteſtinis præcinxiſſe ſe dicuntur, cruore innuxiſſe, cute velaſſe capita, humanas carnes eſitaſſe. Multos a vertice ferris diſiectos, alios beſtijs obiectos, aut inter ſe ferro dimicare coactos. Hac Rabie contacti qui Iudæorum Alexãdriæ & in Cypro per id tempus fuere. Artemione quodam duce, arreptis repente armis, tam fœdam vtrobique ſtragẽ edidere, vt his quoq; locis ducenta quadraginta milia hominum vno ſint tempore occiſione occiſa. Vide Oſee. 4. Et Michææ cap. 3. 4. Reg. cap. 21. Quod eſt in Oſee & Michæa ad principes refertur: Quod eſt. 4. Reg. ad regem Ma-
D naſſen. Populus autem ne immunis eſſet a tot tantiſq; cædibus & ſceleribus, ſanguis eius inquit ſuper nos. Bene ergo dominus alloquitur ciuitatem, non muros ſed regem, principes & ciues, dicens, Hieruſalem, Hieruſalem. Inquirit autem Origenes, qui ſint iſti qui hic referuntur lapidati: Non enim loquitur dominus de. S. Stephano. Si dicas q; Zacharias lapidatus eſt, ſicut patet ex ſuperioribus, eſto, ille vnus tantum eſt. Naboth autem non erat propheta. De quo. 3. Reg. 21. Breuiter poteſt dici, aut q; accipitur plurale pro ſingulari, aut quod non omnia ſcripta ſunt, & ſufficit teſtimonium domini Ieſu, item Pauli dicentis: lapidati ſunt, ſecti ſunt. Hebr. 11. Quoties volui congregare filios tuos. Voluit igitur dominus congregare Iudæos cum præeſſet populo illi Moſes, de qua reſcriptum eſt, Sicut aquila ad volandum prouocans filios ſuos, & ſuper eos volitans. Voluit & cum præerat Ioſue, & cum præfuerunt omnes illi, qui recte præfuerunt ouibus Iſrael. Voluit congregare eos, quos peccata diſpergebant, & diſperſerant in quattuor ventos cœli. Sed illi dura ceruice ſemper rebelles extiterunt Spiritui ſancto, quos & in humeris portabat deus
E iuxta Moſi canticum, & in vulua & vtero iuxta Eſaiam, & congregare voluit inquit, ſed noluiſti, ſed noluiſti inquit. Noluerunt ingredi vmbram alarum Chriſti, a volãtes a nido, ſed malo ſuo. Auguſtinus. Nec tamen Dei Sapientia quæ olim fouebat aquas auis more nunc noſtra infirmitate ſuſcepta, venit ad colligendos nos ſub alis ſuis, vt ſemper pulli ſimus, ſed vt malicia, ſenſu & mente pueri eſſe deſinamus. Maledictus enim pullus annorum centum. Eſai. 66. Et noluiſti inquit. Et vbi eſt omnipotentia eius, qui omnia quæcunque voluit fecit? An potius & illa quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, ſed ea quoq; nolente, filios ſuos collegit ipſe quos voluit. Sicut enim aues vt defendant fœtus ſuos, nidos ſuperuolant, & ſiue ſerpentem ſiue hominem viderint aueſq; alias ad pullos accedere, roſtro pugnãt & vnguibus, doloremq; pectoris garrula ac querula voce congeminant, ſic dominus voluit protegere Hieruſalem dicens. Nolite

tangere

Marginal notes: Eſai. 5. — Cap. 2. — Eſai. 29. — Hierony. — Prouerbiũ — Matth. 23. — Lucæ. 13. — Rom. 9. — Pſal. 86. — Lucæ. 19. — Sabellicus — Matth. 27. — Actu. 7. — Deut. 7. — Zacha. 2. — Cap. 46. — Auguſt. — 1. Cor. 4.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tangere Chriſtos meos: Et rurſus, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: Zacha. 2. Sed Hieruſalem no-
Auguſti. luit. Ad hæc Auguſtinus. Nomen gallinæ non eſt iniurioſum. Attendite cæteras aues fratres. Multæ aues
Pſal. 104. ante nos fœtant, calefaciunt pullos ſuos. Nulla ſic auis infirmatur cum pullis ſuis, quomodo gallina. At-
tendat charitas veſtra. Hirundines & paſſeres & ciconias videmus extra nidos ſuos, nec cognoſcimus v-
trum fœtus habeant. At vero gallinam cognoſcimus in infirmitate vocis & in relaxatione plumarum.
Tota mutatur affectu pullorum. Quia illi infirmi ſunt, infirmam ſe facit. Quia ergo & nos infirmi era-
mus, infirmam ſe fecit ſapientia Dei, quando Verbum caro factum eſt (ſed quod infirmum eſt Dei, fortius
1. Cor. 1. eſt hominibus) vt ſub pennis eius quieſcamus. Quod igitur raucus factus eſt, clamans clamore valido in
Pſal. 66. cruce (Hebr. 5.) vt congregaret quos perdix attraxerat, Hiere. 17. ꝙ alapis cæſus eſt & ligno ſuſpenſus, hoc
maternæ infirmitatis fuit non amiſſæ maieſtatis. Itaque non recedet de pectore noſtro cogitatio gallinæ
Plinius. iſtius, quæ ſparſis plumis teneros fœtus operit, & ſuſurrantes filios confracta voce aduocat, cuius blan- F
das alas fugientes Iudæi ſuperbi, prę da facti ſunt alitibus. Dicit autem Plinius lib. 10. cap. 55. de Gallina.
Super omnia eſt gallinis anatum ouis ſubditis atque excluſis admiratio prima, non plane agnoſcentis fœ
tum. Mox incerti concubitus ſollicitæ conuocationis, poſtremo lamenta circa piſcinæ ſtagna, mergenti-
bus ſe pullis natura duce. Id autem & lamentatur gallina euangelica dicens. Filios enutriui & exaltaui,
ipſi autem protrophio ſpreuerunt me. Quomodo ſpreuerunt? Volui congregare eos, ipſi autem malo ſuo
Ioan. 19. & olim: corde reuerſi ſunt in Aegyptum, & nunc me ſpreto, Cæſarem præeligunt, & Barraban. Vnde ſe-
quitur. Ecce relinquitur domus veſtra deſerta. Matre enim gallina euangelica euolante a nido, auferen-
tur pulli, quaſi impotentes ad tutelam, & debiles ad fugam. Vnde illud Miche. 3. Sion quaſi ager arabitur,
& Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſiluarum. Item Ezech. 11. Et eleuaue-
runt cherubin alas ſuas. Hieronymus. Paulatim gloria domini recedit a Hieruſalem, & væ eis, cum re-
Hierony. ceſſero ab eis. Oſee. 9. Primum templum deſerens, ſtat in limine domus, poſt in introitu portæ Orientalis,
nouiſſime ſublatis pennis, totiſq; ſequentibus, ſtat ſuper montem Oliueti, ex quo ſaluator aſcendit ad pa- G
Cap. 1. trem. Stat autem, vt inde perituram arſuramq; cerneret ciuitatem. Audiamus & ſophoniam. Erit in tem-
Hierony. pore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & cætera, Hieronymus. Ita vt nullum in vltum patiatur effu
gere. Legamus Ioſephi hiſtorias, & ibi reperiemus ſcriptum, de cloacis quoq; & ſpeluncis & antris & ſe-
pulchris extractos principes & reges & potentes & ſacerdotes, qui ſe in eis metu mortis abſconderant.
Et viſitabo ſuper eos qui confidunt in corporibus ſuis, qui tollentes prouidentiam, nec boni nec mali deũ
autorem eſſe dixerunt, ſed ꝙ fortunæ cuncta regerentur arbitrio, & caſu ferrentur in certo. Sequitur. Et
erit fortitudo eorum in direptionem. Manifeſtum eſt ꝙ iuxta vtramq; captiuitatem omnis eorum ſit cæ-
ſus exercitus, & domus dirutæ, & agri vineæq; vaſtatæ, nec vltra eos Dei diſtulerit patientia. In hac er-
go die iræ tribulationis & anguſtiæ, calamitatis & miſerię, tenebrarum & caliginis, nebulę & turbinis,
tubę & clangoris, in qua ambulauerunt cęci, quia alas gallinę ſubter fugerunt, quanta paſſi ſint quid ne-
ceſſe eſt per ſingula dicere? Quomodo qui lucem domini reſpuerunt, in tenebris & caligine verſati ſunt, H
& qui noluerunt ſolemnium dierum audire tubas, audierunt clamorem bellantium. Vſque in pręſentem
diem perfidi coloni poſt interfectionem ſeruorum & ad extremum filij Dei excepto planctu, prohibentur
Matth. 26. ingredi Hieruſalem, & vt ruinam ſuę eis liceat flere ciuitatis, pręcio redimunt. Vt qui quondam emerunt
ſanguinem Chriſti, emant lachrymas ſuas: et ne fletus quidem eis gratus ſit, videas in die quo capta eſt a
Iudęi. Romanis & diruta Hieruſalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas & ſenes pā-
nis anniſq; obſitos, & in habitu ſuo iram domini demonſtrantes. Congregatur turba miſerorum, & pa-
tibulo domini coruſcante, plangere ruinas templi miſerum populum, & miles mercedem poſtulat, vt illis
Pſal. 78. flere plus liceat. Et hęc paſſi ſunt, poſita Hieruſalem in aceruum lapidum & pomorum cuſtodiam, quia
de ſub alis gallinę auolarunt. Nec grande fuit tempus, poſtq; miſerunt manus in hęredem, nam poſt an-
nos duos & quatuor dominicę crucis conſummatio ciuitatis & templi facta eſt cum feſtinatione habita-
torũq; illius quibus nũc dicitur, Dico vobis, nõ me videbitis a modo, donec dicatis, benedictus, &c. A mo I
Hiere. 18. do autem tempus ſignificat, poſtquam crucifixus eſt. Quandiu igitur hoc non dixerint, dorſum videbunt
Chriſti & non faciem, ſicut & ad Moſen dictum eſt. Exo. 33. Lucas autem dixit, donec veniat, videlicet
hora aduentus mei ſecundi. Tunc enim omnis Iſrael ſaluus fiet. Rom. 11. Videbunt autem faciem Chriſti
etiam ante aduentum eius ſecundum, omnis qui conuerſi fuerint ad dominum Ieſum Chriſtum, abblato
1. Cor. 13. velamine de corde eorum. 2 Cor. 3. Videbunt autem oculi fidei, de quibus Paulus, videmus nunc per ſpecu
Cap. 31. lum. De hoc ita dicit Hieremias. Si menſurari poterunt cęli ſurſum, & inueſtigari terra deorſum, & ego
Hierony. abijciam vniuerſum ſemen Iſrael, propter omnia quę fecerunt dicit dominus. Hieronymus. Quomodo im
poſſibile eſt, vt cęlorum ſummitatem & terrę fundamenta noſcamus: ſic & hec impoſſibile erit, vt abij-
ciam omne ſemen Iſrael. Si autem abiecero, ergo menſurabitur cęlorum ſublimitas, & extrema terrarum. K
Huic ſimile eſt illud. Facilius eſt Camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in cęlo. Quomodo
Matth. 19. enim illud fieri non poteſt, ſic nec hoc, quod ſi hoc factum fuerit, fiet & illud, hoc eſt ſi diues intrat, & Ca-
melus intrabit. Errant ergo qui hunc locum aliter differunt. Itaq; relinquentur Iudęi aliqui, ſaltem decli-
matio iuxta Eſaiam, qui poſtquam intrauerit plenitudo gentium, veniant dicentes: Reuertamur ad virũ
Cap. 10. priorem, &c. Oſee. 2. De hoc vide Zach. cap. 8. Ibi, ſicut cogitaui. Et in Oſee. cap. 1. Vbi deus clemens pro-
mittit, ꝙ miſerebitur duarum tribuum, decem enim adhuc ſub captiuitate ſunt. Vnde illud ex Ezech. cap.
16. Auferetur zelus meus a te, nec iraſcar amplius, eo ꝙ non fueris recordata dierum adoleſcentię tuę. Hie-
Hierony. ronymus. Ex quo patet, grandem offenſam eſſe, nequaquam curę haberi adeo, ſed permitti hominem ſce-
leribus ſuis. Auferetur inquit zelus meus a te, nec iraſcar amplius quaſi alienę, & quę ame receſſerit, &
quam

EL COLEGIO de JALISCO

quam æternæ tradiderim nuditati, donec dicat, benedictus qui venit. Sero quidem ſapient phyrges iſti,
ſed præſtat vel ſero magis quam nunquam, ſero inquit Sap. Conuenit Pruerbium hoc in eos quos ſtulte
factorum ſero pœnitet. Siquidem Troiani vt iam acceptis cladibus, vix decimo de[...]um anno de reſtitu-
enda Helena conſultare cœperunt, quam ſi ſtatim initio repoſcenti Menelao reddidiſſent in numerabili-
bus ſeſe calamitatibus ſubduxiſſent, Diximus Paulo ſuperius, ꝙ ly a modo ſignificat tempus a morte
Chriſti, alioqui oculis corporis viderunt eum Iudæi poſt verba iſta, & compræhenderunt & Pilato tra-
diderunt. A modo donec dicatis, benedictus qui venit. Hoc eſt vſque ad me[...]h aduentum glorioſum,
quando conuerſi ad veritatem creditis in me, credetis me eſſe verum Chriſtum [d]omini, & dicetis, benedi-
ctus qui venit. Ex hoc nunc qui vobis loquor expectabitis cum aſina ad radic[...] montis, donec reuertatur
Iſaac immolato ariete, &c. Et ſedens Ieſus contra Gazophylatium, aſpiciebat eos qui
A mittebant munera ſua in Gazophylacium, & multi diuites iactabant multa, Cum ve Mar. 12.
niſſet autem vna vidua paupercula, miſit duo æra minuta. Marcus, quod eſt quadrans. Lucæ. 21.
Et conuocatis diſcipulis ſuis, ait illis. A modo dico vobis, ꝙ vidua hæc pauper plus
omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylatio. vox compoſita experſica & Græca, & cetera.
Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt in munera Dei, hæc autem ex eo
quod deeſt illi, iuxta Lucam, & de penuria ſua, iuxta Marcum. Omnia quæ habuit miſit
totum victum ſuum. Iuxta Lucam & Marcum. 24.5.p.cap.odi, &c. Quid ſit Gazophylatiũ dictũ
eſt Ioan. cap. 8. Et poteſt plenius intelligi ex his quæ habentur. 4. Reg. cap. 12. Ibi: dixit Ioas ad ſacerdotes.
Vide textum. Pręceptum eſt autem in lege. Exo. 23. Non apparebis in conſpectu Dei tui vacuus. Si non
habes aurum aut argentum vel margaritas, offer ſaltem vel pilos caprarum, & hi enim ſunt neceſſa- Exo. 25.
rij tabernoculo Dei. Memento viduæ huius, quæ duo tantum æra miſit eaque minuta, & prælata eſt cę-
B teris qui multo plura obtulerunt. Chryſoſt. Hæc igitur Iudæis præcepta ſunt, de quibus ſcriptum eſt ver
bum ſcitu dignum, plus offert populus q̃ neceſſarium eſt. Et cap. Pręcedenti. Egreſſa omnis multitudo Chryſo.
filiorum Iſrael a conſpectu Moſi, obtulerunt mente promptiſsima atque deuota præmitias domino ad fa Exo. 36.
ciendum opus tabernaculi. Obtulerunt igitur pluſquam neceſſe erat, idque mente promptiſsima. Hilarẽ
enim datorem diligit deus, vtq; corrigerent peccatum recens grauiſsimum, quando inaures dederunt, vt 2. Cor. 9.
funderetur vitulus. Quanto ergo magis nobis præceptum eſt, ne vacui veniamus in templum Dei, qui Matth. 18.
debitores ſumus. 10 milium talentorum? Propterea & pauperes ante ianuas eccleſiarum ponuntur, quaſi
dicatur vnicuique ingredientium, date & dabitur vobis. Lucæ. 6. Itaque ſi ſacerdotes interroges, qui
magna ex parte pecuniam Gazophytio illatam pro reſtaurateone templi, in ſuum vertebant luxum, qui
plura inferebat Gazophylacio, is ſanctior & religioſior cenſebatur: Erant enim iuxta Zachariam milui Zacha. 5.
vpupæ vel Erodij, & corui hiantes & inſidiantes cadaueribus, triduoque conuolantes illuc. Cæterum iu-
C dicio domini nõ qui plura obtulit ſanctior eſt, ſed qui obtulit iuxta Paulum de profundo paupertatis ſuæ
animam ſuam, ideſt victum ſuum. Supra virtutem inquit voluntarij fuerunt, & non ſicut ſperauimus, ſed
ſemet ipſos dederunt. Anteuerterunt igitur iſti Macedones præceptum Tobiæ dicentis, cap. 4. Quomo- 2. Cor. 8.
do potueris eſto miſericors. Iſti enim ſupra virtutem vol[un]tarij fuerunt, ſua dederunt, ſeipſos dederunt &
hæc ſunt duo æra viduæ. Abſumpto flammis Dianæ tem[p]lo opera Heroſiſtrati, conſtructum eſt aliud
præſtantius, mulierum ornamentis, Architectore malleo v[ni]uerſæ terræ Huius expenſas Alexander ſol- Templum
uere voluit, ſi rei titulo gauderet, ſed non eſt impetratum. Co[n]fer donaria fœminarum iſtarum cum duo- Matth. 26.
bus minutis viduæ, & iſta opulentior inuenitur, quia quod hæc fecit, dicetur in toto mundo, illarum perijt
memoria cum ſonitu. Pſal. 9. Eadem vanitate laborabant reges Aegyptij in ſuſcitandis pyramidibus,
quippe cum faciendi eas cauſa apleriſque tradatur, ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus
præberent, aut ne plebs eſſet ocioſa. Inter has eſt pyramis ampliſsima, quam trecenta. 60. hominum mi-
D lia annis. 20. Conſtruxiſſe produntur. Subijciamus & illud, nequis miſeretur regum opes, minimum py-
ramidem extitiſſe laudatiſsimam, quæ a Rhodope meretrice facta eſt, hoc eſt expenſis ſuis. Hæc Aeſopi pyramides
fabularum philoſophi conſerua quondam & contabernaculis fuit, maiore miraculo tantas opes meretri-
cio eſſe conquiſitas quæſtu. Plinius. lib. 36.

Caput. xij. Apoſtoli oſtendunt domino pulchritudinem ædificiorum tem
pli: Et quid ad hæc dominus dixerit. Apoſtoli inquirunt a domino de ſi-
gnis aduentus ſui & conſummationis ſæculi, & quid dominus reſpondit.

E ET egreſſus Ieſus de templo ibat, & cum egrederetur, acceſſerunt Lucæ. 21.
diſcipuli ſui, vt oſtenderent ei ędificationes templi. Et quibuſdam
dicentibus, iuxta Lucam, de templo, ꝙ bonis lapidibus & donis or-
natum eſſet. Quod dicitur iuxta Lucam & donis ornatum eſſet, Græce eſt. Et
anathemaſin cecoſmetæ. Sciendum igitur duo eſſe verba Græca videlicet anati-
thema, & anatithimi, Prius verbum ſignificat execror excoico, vnde dicitur anathe-
ma. Poſterius verbum ſignificat offero, dedico: ab hoc igitur poſteriori verbo vo-
cantur hic anathemata dona oblata templis. Vide. 1. Mach. ca. 4. Et obſerua iuxta
Budæum ꝙ templi Salomonis cum ſuis ornamentis expenſæ ducenties nonagies ſe
ptica centenis & 60. milibus aureorum coronatorũ æſtimatur. Operarij enim erant numero. 153300. 3. Reg.
VV cap. 5.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

cap. 5. Marcus, Magiſter aſpice quales lapides & quales ſtructuræ, Matth. Marcus & Luc.
ipſe reſpondens ait illis. Videtis hæc omnia? Videtis has magnas ædificationes?
Hæc quæ videt[illegible]? Amen dico vobis, Lucas. Venient dies in quibus, Tres euangeliſtæ,
non relinquatur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Mirum autem videtur inquit O-
Origenes. rigenes, ꝙ diſcipuli Chriſto ſtructuras oſtenderent templi quaſi peregrino, & qui tẽplum alias non vide-
rit. Sed intelligendum eſt, ꝙ cum Chriſtus prædixerit ante, ꝙ non eſſet remanſurus lapis ſuper lapidem
in templo illo magnifico propter Iudæorum incredulitatem, vt diſcipuli ad miſericordiam flecterent ma-
giſtrum, ne talia ſuper templum. Induceret, qualia fuera comminatus, oſtendunt ei mirabiles & pulchras
templi illius ſtructuras, quæ ſi comparentur ad magnificentiam templi prioris, quod a Chaldæis fuerat
exuſtum, perinde eſt quaſi conferas vmbram corpori, tugurium regiæ. De quo vide. 1. Eſdræ. cap. 3. De
hoc dictum eſt Lucæ. 19. Ibi, videns ciuitatem. Dicit autem Faber hoc loco, ꝙ templum quod Maurio- F
Faber. ſtendunt Chriſtianis Hieroſolymis, nec eſt Salomonis nec Zorobabelis. Primum enim a chaldæis diru-
tum eſt, ſecundum a Romanis aratum. Eſt igitur delubrum Satanæ, quod ipſi ſuo Mahumeto filio per-
ditionis extruxerunt, in quod nec ingredi neque reſpicere licet Iudæo vel Chriſtiano, ſub pœna mortis,
Iulianus. Ne ergo cui illuc eunti cupiditas obreptat illud ingredi vel introſpiciendi. Impio enim Iuliano mandan-
te reparari templum Hieroſolymis, quicquid ſuper erat vetuſtarum ruinarum & fundamentorum fun-
ditus euerterunt atque eruerunt Iudæi, ad nouum inſtaurandum. Hæc ille Adhæc Chryſoſt. Iudæi ſane
in ſani contra decretum Dei reædificare volentes ruinas templi, ſemel, ſecundo & tercio repulſi ſunt. Pri-
mum quidem ſub Adriano mota ſeditione, conati ſunt præſtinam rempublicam reſtaurare. impetu igi-
Chryſoſt. tur facto in Cæſarem, rurſus eum adegerunt, vt funditus deleret ciuitatem, deuictis ac ſubactis illis, om-
nibusque reliquijs abolitis, & ne in poſterum poſſent impudenter agere, ſtatuam ſuam in loco ſancto col
locauit. Et iuxta Hieronymum ab huius Adriani temporibus qui ſucceſſit Vlpio Traiano vſque ad im- G
Hierony. perium Conſtantini per annos circiter. 180. In quibus præfuerunt imperio imperatores ſequentes. Aelius
Adrianus, Antonius Pius, Marcus Antonius philoſophus, Cõmodus, Aelius pertinax, Didius Iulianus,
Septimius Seuerus, Antonius Caracalla, Opilius Macrinus, Varius Heliogabalus, Alexander Seuerus,
Iulius Maximinus, Balbinus & Pupienus, Gordianus, Marcus, Seuerus Hoſtilianus, Philippi pater &
filius, Decius, Gallus pater & Voluſianus filius, Aemilianus, Licinius Valerianus, Gallienus, Claudius,
Quintilius, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Carus, Diocletianus & Maximianus, Conſtanti-
nus Chlorus & Galerius Maximus, Seuerus & Maximinus, Licinius & conſtantinus, Marcus Flauius
Conſtantinus, in loco reſurrectionis ſimulacrum Iouis, in crucis rupe ſtatua ex marmore veneris a Gen-
tibus poſita colebatur, exiſtimantibus perſequutionis autoribus, ꝙ tollerent nobis fidem reſurrectionis
& crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. Deinde Adrianus ſciens futurum, vt illa imago ſua tem-
pore collaberetur, quo illius victoriæ notam immedicabilem inureret, & illius impudentiæ monumen- H
tum, nomen ſuum ciuitatis ruinis impoſuit. Quoniam enim ipſe dicebatur Aelius Adrianus, ideo & ci-
uitati Aeliæ iuſsit imponi, inde Aelia dicta eſt vſque ad tempora noſtra inquit Chriſoſt. Poſt hunc ſub
Chryſoſt. Conſtantino eadem aggreſsi ſunt. At ille amputatis illorum auriculis, ac rebellionis ſigno impreſſo cor-
Iudæi. pori eorum, per omnia loca circumferebat illos, ſeu fugitiua mancipia ac verberones, conſpicuos illos fa-
ciens omnibus, ac eos qui per regiones ſparſi erant erudiens, ne in poſterum eadem conarentur. Denique
tertio, Iuliano concedente eis licentiam, vt ciuitatem rurſus templumque & altare reædificarent, ex ipſis
fundamentis quæ eruebant ignis erupit, multosque exuſsit. Quod vbi imperator Iulianus reſciuit, timẽs
ne in ipſius caput ignis deſæuiret, intercepit. Hic igitur Iulianus apoſtata a fide, & factus paganus, Iu-
Iulianus. daica curabat, ſed hoc agebat, vt inde periculum virtutis Chriſti ſumeret faceret ve. Itaque vocatis Iu-
dæis quibuſdam, præcepit eis vt ſacra facerent. Qui dicebant, ſacrificandi quidem morem quendam fu-
iſſe progenitoribus ſuis, ſed poſt quam in tantum exilium pulſi ſunt, templo de molito, non eſſe eis fas, tẽ- I
pla & ſacrificia extra veterem metropolim reparare. Ille igitur iubet, ex Gazophylatijs de promi pecu-
nias, ſuppeditarique alia, quibus ad ſtructuram opus erat, & abire, ac reædificare templum. Qui inſipien-
tes & errantes ab vtero, regis imperio parentes, ſimul atque terram euacuare cœperunt, e fundamentis
exilijt ignis, qui ſimul omnes foſſores conſumpſit, dicente domino vnum verbum: Non remanebit nec
vnus lapis qui non ſubruatur in templo hoc. Et illuc vbi olim non Iudæis omnibus nec ſacerdotibus o-
mnibus, ſed vni ſoli ſummo ſacerdoti intrare licebat, nunc & meretricibus & mechis ingredi licet. Et mi-
rum eſt hoc, qui tot olim abſque ſanguine triumphos ſtatuere potuerunt, illi ipſi templum vnum ab illo
vſque in hodiernum reædificare non valuerunt. Refertur autem ab Herodiano, quod tempore com-
Herodia. modi imperatoris conflagrauerit templum pacis, vel igne vel fulgure, vnde factum eſt, vt multi opu-
lenti repente pauperes fierent. Erat enim templum illud communis omnium theſaurus, opus ſane om- K
nium pulcherrimum, egregieque munitum. Sed iræ Dei omnia perula ſunt. Et quia ſermo incidit de
Romana ciuitate capite imperij Romani, ſciendum ꝙ ciuitas hæc orbis domitrix capta eſt a Gothis an-
Romá. no ab eius ædificatione. 1164. Humanæ ſalutis anno. 214. triduoque direpta eſt, exhauſtaque ſpolijs ex
omni terra quæſitis, rege Halarico. Actum item erat de ſalute vrbis, Athila item Gotho cum exercitu in-
Halarico. ſtante & imminente vrbi, cum Valentiniani hortatu Leo Pontifex iam grandis natu. Cũ altero conſultũ
& parte non parua Romani Senatus ad Athilam venit, multa canicie & anguſtiori habitu venerabilis,
Achila. ſupplexq́ꝫ regẽ ita affatur. Senatus. p. que Rom. quonda orbis victor nunc vero victus, ſuppliciter abſte
veniã a ſalutem precatur rex regũ Athalia. Nihil tibi in tanta geſtarũ rerũ gloria cõtingere potuit, aut ad
præſens decus pulchrius, aut ad poſteros memorabilius, ꝙ̃ vt is populus ſupplex ad tuos pedes iaceret
ante

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ante quem omnes gentes olim & reges ſupplices iacuerunt. Subegiſti quidem Athila omnem orbem ter-
rarum:cui Romanos omnium Gentium victores ſubigere datum eſt. Nunc tãtum precamur,vt teipſum
vincas,qui vincis cætera. Nec eſt quando iam omne humanitatis faſtigium trãſcendiſti, in quo Deo im-
mortali ſimilior eſſe poſsis, quam quo plures viceris,plures parte ſaluos eſſe velis. Senſerunt mali flagel-
lum tuum,ſentiant nunc ſupplices clementiam, vel quia ſe victos fateantur, aut quia ſunt vltimo impe-
rata facturi. Hæc Leo in cuius habitu venerabilique aſpectu contemplando,cum tacitus ſtaret Athila de
liberabundo ſimilis,vtrum præcanti daret veniam , couſul & ſenatus ad eius pedes cum lachrymis pro-
uolutus iacuit. Tum ille & ſi Barbarus atrocique ingenio,humanæ tamen ſortis admonitus,reputans ſi-
mul animo terrarum rerum in conſtantiam , quod ſenatus ille a quo omnes Gentes quandoque iura pe-
A tiſſent,nunc victus ſupplex proſtratus ante ſuos pedes iaceret,ſurgere ac ſtare iuſsis,bono ſitis inquit ani-
mo , datur vobis venia . Mirati ſunt reges & primores ducum ſubitam in Athila mutationem . Roga-
tusque ab ijs qui proxime ſteterant , quid eſſet quod tam facile pulcherrimam lachrymis hoſtium victo-
riam condonaſſet,reſpondit. Sic oportuit fieri, quando medio affatu duo ſibi viſi eſſent dextra leuaq; viri
anguſtiore habitu pro pontifice aſtare,qui ſtrictum ſibi ferrum intenderent, niſi illius dicto obtempora-
ret.Sed noſtra inquit Roma eſt,& quicquid Romanorum paret imperio , quando hũnorum ſunt vecti-
gales facti.Satis abunde victoria parta eſt,ſi populum Italiæ & imperij caput ſubegimus , qui non mo-
do ſe victum fateatur,ſed veniam & pacem implorans, tributum quod imperauimus promiſerit ſoluere.
Ite læti opulenta onuſti præda , lares,liberos vxoresque veſtras inuiſite , iam ſatis gloriæ quæſitum eſt,
nec fortuna vlterius fatiganda,ne cum omnia velimus, ſubito aliquo caſu omnia adimantur . Poſt hæc
annis elapſis duo de quinquaginta, ciuitas iterum eſt a Vandalis direpta . Prodijt Leo pontifice obuiam Vandali.
B Genſerico venienti,ſuppliciterque depræcatus eſt,vt ab ea vrbe iniuriam abſtineret,cui Athila omnium
immaniſsimus victor pepercisſet , aut ſi vrbem ſuis diripiendam dare in animo haberet, parceret ſaltem
templis,parceret ædificijs publicis & priuatis. Erat Genſericus Arrianæ hæreſis veneno imbutus, & ob
eam rem orthodoxæ fidei iam antea infeſtus. Quem cum talis eſſet,neque perſonæ dignitas flectere po-
tuit , neque pietas religionis : Quin Romam ingreſſus , omnia ſacra & profana promiſcue fœdauerit. Gẽſericus.
Quattuordecim dies conſumpti in egerenda præda, abductaque eſt vis ingens hominum omnis ſexus &
ætatis : Atque per hunc modum vandalorum ductu Aphrica Cartaginis excidium ſuaſque clades vlta
eſt. Procedente tempore rurſus Roma a Totila vi armorum capitur, & primo eam munitionibus nudat,
mœnibus plus tertia parte ſolo æquatis . Capitolium incendit , mox paſsim ædificia publica & priua- Totila.
ta ſubiecto igne de flagrarunt . Incenſa exciſaque vrbe , omnis ciuium multitudo nequis extremis pa-
C triæ cineribus dare poſſet lachrymas , per latij & campaniæ oppida diſperſa eſt a Totila. Senatum &
primores ciuitatis penes ſe ſolum ioco habuit. Inde Roma egreſſus, nec vnum quidem viuentium ma- Roma.
rem fœminam ve in ea remanere paſſus eſt, vt omni humano cultu deſerta vrbs quondam rerum domi-
na iaceret, Magnum omni æuo documentum,quam parum ſit humanæ fœlicitati credendum , quæ quo
maior eſt. Eo grauius ruit. Hæc eſt vrbs quæ in ipſa adoleſcentia a Gallis capta eſt direpta atque in-
cenſa , anno quam condita fuerat circiter. 360. Iam vero omnium Gentium victrix , diuque rerum poti-
ta, a Gothis, Alarici ductu iterum capta atque ex parte incenſa . Nec multo poſt ab Ataulpho qui Ala-
rico ſucceſsit, ad prædam repetita , parique clade deformata, funditus exciſa interijſſet , niſi vnius mu-
lierculæ præcibus in ſuo eſſet veſtigio retenta , ea erat placida , quam Romæ captam Ataulphus ſibi
matrimonio iunxit. Sequuti vandali , qui Genſarici ductu eam rurſus diripuerunt. Deinceps Theo-
doricus Oſtrogothorum Rex plures annos eandem cum tota Italia tenuit. Recepta inde a Beliſario,
D biſque obſidione fatigata, inedia & fame propemodum euecta eſt. Demum ſub Totila miſerabile paſ-
ſa eſt excidium . Interfuerunt a Seuonico bello, quo præter capitolium omnia ſunt a Barbaris fœdata
ad Viſigothorum tempora , qui Alarici ductu iterum Romam cœpere anni circiter octingenti . A Viſi-
gothis ad vandalicam direptionem anni. 44. A vandalis ad Oſtrogothos & Theodoricum anni. 37.
Ab Oſtrogothis ad Beliſarium qui Romam recepit ab ea gente circiter. 50. Hinc ad Totilam anni. 12.
Ac toties tam breui annorum ſpacio domitrix illa humani generis arxque omnium Gentium Roma Lu-
dibrio fuit Barbarius. Et vt apicem imponamus Romanæ tragediæ , Comſtantius imperator hanc vr- Cõſtantiꝰ
bem ingreſſus , anguſtiſsima templa accuratiſsime inuiſit , omnem templorum apparatum tacitis lu-
ſtrans oculis , vt põte qui nefarium latrocinium meditabatur. Quinque igitur diebus in per luſtranda
vrbe conſumptis, ad eam ſpoliandam conuertitur: Vbi quicquid antiqui operis ex ære & marmore fuit,
quicquid oculos potuit delectare, ſublatum aut reuulſum ad naues referri iuſsit , vt plus ornamentorum
B vnus ſeptem dierum ſpecio vrbi detraxerit,q̃ Barbari.258.annorum interuallo . Tot enim anni inter cur-
rerant, a prima imperij inclinatione ad luctuoſam illum cladem quam Romanorum Compilator verius
quam imperator miſeræ ciuitati intulit. Sed vt ad ſuperiora ſermo recurrat non modo iuxta verbum Chri
ſti domini templum a fundamentis euerſuum eſt , ſed aratum legimus in ignominiam Gentis oppreſſæ a Hierony.
Tito Annio Rufo, ſicut dicit Hieronymus ſuper Zachariæ caput. 5 Adhec Origenes ſuper Num. cap. 28. Origenes.
Si obſeruatio ſacrificiorum & inſtituta legalia quæ in Typodata ſunt populo Iſrael vſq; ad pręſens tem-
pus ſtare potuiſſent, excluſiſſent ſine dubio euangelij fidem, per quam ex aduentu domini noſtri Gentes
conuertuntur ad deum. Erant enim in illo templo magnifica quædam & totius reuerentiæ plena religio:
quæ ex ipſo etiam primo aſpectu obſtupe facerent intuentes. Quis enim videns illud quod appellabatur
ſanctuarium,& intuens altare, aſtantes etiam ſacerdotes ſacrificia conſumantes , omnemq; ordinem quo
cuncta illa gerebantur aſpiciens,non putaret pleniſsimum hunc eſſe ritum,quo deus creator omnium ab



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

humano genere coli ſe iuberet vel deberet,ſed gracias agno quæ abſtulit peccata mundi,qui animas no-
ſtras auellens ab h[illegible] intuitu,& deſtruxit quidem illa quæ magna quidem videbantur in terris,mentesq́
noſtras ad inuiſibilia tranſtulit, & a temporalibus ad æterna, ſicut autem refert Dionyſius hali. Labo-
Dionyſi?. rante populo Romano peſte grauiſsima , in qua omnes fere ſerui amiſsi ſunt & dimidia fere pars populi
Romani,ita vt ex cadaueribus in flumine abiectis aqua fluminis iam potabilis nõ eſſet:quandiu tamen
ſpei aliquid multis erat[illegible]anquam Deo laturo ſibi auxilium, ad ſacrificia & expiationes omnes conuerte-
bantur,ſuntq́ue multa [illegible]nouata,quæ non erant Romanis in conſuetudine in honore deorum inſtituta,
non decentia.Vbi vero [illegible]gnouere,nullam adhiberi ſibi anumine curationem(qui autem adhiberent, cũ
ipſi potius dij vel dæmones eos occiderent?)miniſterio etiam circa diuinos cultus abſtitere. Cæterum illi
percutere poſſunt,non ſanare. Sedente autem illo ſuper montem Oliueti cõtra templum A
acceſſerunt ad eum diſcipuli ſui ſecreto,Marcus.& interrogabant eum ſeparatim Pe- F
trus & Iacobus & Andreas dicentes.Tres euangeliſtę,præceptor dic nobis quãdo hæc
erunt vel fient,Marcus & Lucas,& quod ſignum erit,quando hæc omnia incipient con-
ſummari, Matthæus, & quod ſignum aduentus tui,& conſummationis ſæculi. Et re-
ſpondens Ieſus,dixit. Videte ne quis vos ſeducat:Multi enim veniẽt in nomine meo
dicentes,Ego ſum Chriſtus,& multos ſeducent.Marcus & Lucas,Multi venient in no
mine meo dicentes,ꝙ ego ſum.Matthæus & Marcus,& multos ſeducent,Lucas,& tẽpus
appropinquabit.Nolite ergo ire poſt illos.Matthæus:audituri enim eſtis prelia & o-
piniones præliorum,Marcus. Cum autem audieritis bella & opiniones bellorum, Vel
iuxta Lucam,prælia & ſeditiones,Matthæus,videte ne turbemini,Marcus,ne timueritis,vel
iuxta Lucam,nolite terreri,tres euangeliſtæ.Oportet enim hæc fieri,ſed nondum eſt finis.
Hierony. 1.q.3.ſaluator.de conſe.diſtin.2.cap.peruenit. Iuxta Hieronymum tria interrogant apoſtoli dominum. G
Primum quo tempore Hieruſalem diruenda erat,ſecundum,quod ſignum aduentus ſui. Tertium quo tẽ-
pore ipſe Chriſtus erat venturus & temporaliter regnaret. Putabant enim apoſtoli, hæc tria coniuncta
fore,finem ſæculi,deſolationem Hieruſalem , & aduentum eius vt regnaret. Chriſtus igitur dominus re-
ſpondet primum ad tertio loco quæſitum,dicens,videte ne quis vos ſeducat. Aduentus autem Chriſti du-
plex erat,alter falſus quem ipſi ſomniabant(Actu.primo)alter verus quem ipſi ignorabant. Vnde multi
Abulenſ. ſcriptorum inquit Abulenſis hic decipiuntur, ad quam videlicet de tribus prædictis quæſtionibus domi-
nus reſpondeat.Itaque dominus primum reſpondet ad tertium , nec tamen dominus ordinate reſpondet
omnibus,ſed interdum tranſit de vno quæſito ad alterum vel ad tertium. Cum ergo dicit, videte ne quis
vos ſeducat,de tertio loquitur. Cum dicit,audit[illegible]ri eſtis prelia, loquitur de primo videlicet de deſolatio-
ne Hieruſalem. Et cum dicit, Tunc ſi quis vobis dixerit, redit ad tertium de aduentu ſuo. Dicens autem, H
multi venient,tacite negat ſuum falſum aduentum ad regnandum, quod tamen illi verum opinabantur.
Quare autem dominus etiam abiturus noluit auellere a diſcipulis hanc vanam ſpem regni temporalis,ſed
Actu. 1. dixit:Non eſt veſtrum noſſe tempora,& cæter[illegible]. Cum poſſet dicere, ne ſeducamini , regnum meum non
Ioan.18. eſt de hoc mundo,dicendum,ꝙ poſt dies dece[illegible] edocti ſunt a ſpiritu ſancto omnem veritatem.Interim au
tem ita complacuit æterno Dei conſilio, ne[illegible]beunte domino , ante aduentum ſpiritus ſancti manerent
deſolati.Qui fuerint autem iſti qui venerun[illegible] dicentes:Ego ſum Chriſtus,antequam Hieruſalem ſubrue-
Actu.8. retur,dicendum,ꝙ vnus fuit Simon Sam[illegible]itanus,qui ſe magnam dicebat Dei virtutem, hæc quoque in-
ter cætera in ſuis voluminibus ſcripta re[illegible]nquens.Ego ſum ſermo Dei:Ego ſum ſpecioſus:ego paracletus,
Ego omnipotens:Ego omnia dedi.De hoc Ioannes.1.cap.2.Sicut audiſtis,ꝙ antichriſtus venit,nunc an-
tichriſti multi facti ſunt.Ego ſum Chriſtus inquient,ideſt Meſsias ille in lege promiſſus. Sicut autem di- I
cit Origenes,hoc ſolum ſufficit ad cognoſcendam ſeditionem antichriſtorum,qui dicunt, ego ſum Chri-
Origenes ſtus,quod nunquam legitur Chriſtus dixiſſe,niſi vni ſolitariæ Samaritanæ.Dixit item apoſtolis(Matth.
Ioan. 4. 23.)ſed per tertiam perſonam, Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus,opera enim teſtificabãtur de illo.Vos igi-
tur videte ne ſeducamini,multi enim ſeducentur a dicentibus: Ego ſum Chriſtus, & tempus inſtat, quo
antichriſti iſti venturi ſunt. Nolite igitur ire p[illegible]ſt illos, ne vtrique in baratrum decidatis cum his qui olim
adhæſerunt Chore & Abiron.Audituri enim eſtis prælia . Hoc ad primum quæſitum pertinet videlicet
Num.16. de deſolatione Hieruſalem. Cum hæc igitur audieritis,nolite terreri,nolite timere,ne turbemini : oportet
enim primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim eſt finis. Erunt quidem hæc præludia quędam illius extremæ
calamitatis,quæ malos perdet,bonos examinabit. Quia vt corporis interituri ſigna ſunt validi morbi, K
ex vicioſa temperatura qualitatum exorti:ita mundi finem pręcedent horrendæ ſeditiones,quas homines
ipſi ſibi ſuſcitant,prauis cupiditatibus infecti, & impletur illud,teſta colliſa teſtæ. Audietis igitur bella
Prouerbiũ varioſque bellorum rumores,rebus ipſis vt ſit a[illegible]pciores,verum non ſtatim finis,non enim Hieroſolyma
tantum vaſtabitur,ſed totus orbis bellis ac ſeditionibus miſcebitur:Sicut eſt dies iſta,deus autem optimus
Max.miſereatur noſtri,quia ipſe eſt pax noſtra.Ephe.2.

Caput. xiij. Surget gens contra gentem, erunt peſtes & fames. Inicient
vobis manus.Eritis odio omnibus hominibus.Scandalizabuntur multi.
Surgẽt falſi prophetæ,ſeducẽt multos. Abundabit iniquitas, refrigeſcet
charitas. Qui autem perſeuerauerit.Ego dabo vobis os & ſapientiam.In
patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras.

Surget

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

SVrget enim gens contra gentē, & regnū aduerſus regnū, & terræ-
motus magni erunt per loca, & peſtilentiæ & fames terroresq; de
cælo, & ſigna magna erunt. Hunc textum alij exponunt de ſignis præcedēti- Math. 24.
bus ſubuerſionem Hieruſalem, alij de ſignis præcedētibus conſummationē ſæculi.
Vtrūq; ponemus. Surget igitur Gens vel alia cōtra Iudæā, vel Iudæa cōtra ſeipſam,
quod verius eſt. Et imperiū Romanū cōtra Iudaicā Gentē, vel partes ipſius prouin-
ciæ Iudaicæ videlicet tetrarchię contra ſe inuicē. Hæc enim præludia bellica præce-
dent abolitionē illius ciuitatis, quæ occidit prophetas. Præcedēt etiā terręmotus pe- Math. 23.
ſtes & fames, & terrores de cęlo, quæ omnia ſunt prænūtia totius mali imminentis
ciuitati, ſed nō ſtatim finis ciuitatis huius. Ad hæc Origenes. Sic enim ægrotāt corpora ante mortē eorum Origenes.
A qui vim nō extrinſecus patiuntur, & queadmodū in omnibus per infirmitatē fit via ad ſeparandā animā
a corpore ſuo, ſic talis & tāta creatura mūdi cū corrūpi cœperit, quaſi benedictꝰ initiū & finē (cælū enim Lucæ. 21.
& terra trāſibūt) neceſſe eſt, vt ante corruptionē langueat, vt terra quidē frequētius terręmotibus cōquaſ-
ſetur, aer fiat morbidus, & vitalis veritus terræ repēte deficiēs, affocet fructus, & omnis natura arborum
exareat. Et terręmotus erūt per loca. Nec enim infimul vult deus perdere humanū genus, ſed iudicās per
partes paulatim in eo, dū fiūt fames peſtes & terręmotus per loca, dat pœnitētiæ locū ijs qui ex medicis ca
ſtigationibus emendātur. Et queadmodū incipiētibus infirmitatibus, poſsibile eſt afferre medicinalia ad-
iumēta, ſic incipiētibus fame & peſtilētijs per loca, poſsibile eſt quibuſdā hominibus ad cōuerſionē & fi-
dē purgatoria dari. Si autē incipiētibus huiuſmodi malis, nō fuerit pia facta correctio, proficient ad peius
fames & peſtes, cum locū habuerit abominatio deſolationis, nō cōtenta alia parte mūdi, veniet enim vt
B etiā in loco ſancto cōſiſtat. De hoc textu: ſurget Gēs cōtra gentē vide. 2. Paralip. cap. 15. Refert aūt Plutar.
De pietate Numæ Pōpilij ad hūc modū. Cū alia plurima ſacerdotia a Nūma inſtituta ſint, duo in mediū
referā: Alterū Saliorum, fecialiū alterum enim vero feciales quidā pacis cuſtodes (& vt mea fert opinio) Numa.
ab ipſa re nomē capiētes, cōtrouerſias verba ſedabant, quū non permitterēt prius militare, q̄ omnis Iu-
dicij ſpes abſciſſa eſſet. Et enim pacē Græci vocāt, quādo verbo nō vi interſe vtētes, cōtrouerſias ſoluūt.
At Romanorū feciales ſæpe ad eos ibant qui iniuriā inferrent: illisq; ſuadebāt, vt ſe beneuole & amice ge
rerēt. Iis autē inimice ſeſe & pro voluntate gerētibus, deos teſtari, & multa grauia in eos eorūq; patriam
imprecari, niſi iuſte rem aggrediantur, Sic eis bellū indicebāt. Facialibus vero prohibentibus aut minus
cōprobantibus, neq; militi fas erat, neq; regi Romanorū arma mouere. Sed ab his neceſſe erat initiū belli
pro iure princeps acciperet, & tū demum cōmuni cōmodo proſpiceret. Referamus autē rem ſcitu dignā.
C Cū Marius inito certamine cōtra cimbros, occidiſſet ex Tētonibus centū milia: Legati cimbrorū ad Ma-
rium miſsi, poſtulabant, vt regionē atq; ſufficientes ad habitandū vrbes ipſis ac fratribus traderent. Cum
Marius interrogaſſet, qui eſſent, quos fratres appellabant, dicētibus illis eſſe Tentones, cæteri quidē riſu Marius.
tenebantur: Marius vero ſalibus vtēs, inquit. De fratribus cedat ex animis cura: Nā illi apud nos regionē
habēt, ſemperq; habituri ſunt, occiſi enim erāt nudius tertius in bello a Romanis. Legimus de Cęſare, qui
copijs ſuis mille vrbes vi cœperit, regionesq; tercentū ſubegerit, Qui decies cētena milia hoſtiū perſequē-
do occidit. Et tamē qui inter arma inuictus fuit, in pace occubuit ferro. Dicamus de pugna Pharſalica ꝓ-
pter verbū Lucæ dicētis, audituri eſtis ſeditiones, nāq; iuxta Gregoriū bella ad hoſtes pertinēt, ſeditiones
ad ciues & conciues. Cum Cæſare itaq; ferūt viginti duo milia militū, cum Pōpeio vero multo plures q̄ Iullius C.
bis totidē fuiſſe. Signo igitur ab ambobus ex vtriſq; caſtris dato, & tuba vt infererent manus iam capere
cū cœpiſſet, e turba quiſq; vni ſibi intentus erat. Pauci vero & hi ipſum Romanorū primi, & ex Græcis
D qui aderant quidā extra aciem q̄ primum periclitatio imminuit, ambitionem contentioneq; meditari cœ
pere, quo ardorem dominādi afferrēt. Cognata enim arma, acies fraternæ, ſigna cōmunia, vnius ciuitatis
robur copiæq; inter ſeſe irruere, plane oſtendentes humanū ingeniū, cupiditate actum, cæcum quidē fu-
rioſumq; eſſe. Quiete enim ſi dominari, fruiq; rebus iam cōparatis voluiſſent, plurimā optimāq; terræ ac
pelagi partē habuiſſe licebat, ſi trophæorū amori quid vltra tribuere exoptatū eſſet, erat & ſitim reſtrin-
gere parthorum Germanorumq; bellis. Verum quoniā ſcriptū eſt, varius eſt belli euentus, Pompeius vi- Bellum.
ctus, breui, gladio in fuga occubuit, dicente theodoto vnū verbum, Cuius conſilio Pompeius occiſus eſt, 2. Reg. 11.
hominem mortuū non mordere. Conuenerunt & alias Romanorum vires contra ſeſe hinc Cæſar & An- Pompeius
tonius, inde Brutus & Caſius in campis Philippicis. Dicamus & illud pro coronide huiuſmodi ſeditio-
num, q̄ Horatij tres Romani fratres, & tres Curiatij fratres Albani, filij duarum ſororum, cōpulſi ſunt de Horatij.
certare inter ſe de principatu. Hi igitur ſex in campo vbi alteri alteris proximi aſtitere, traditis armis &
E gladijs, occurrere ſibi inuicem flentes, & ſuauiſsimus nominibus alteri alteros appellantes ita vt in lachry
mas cæteri etiam cogerentur, multamque ſuam ſimul & ductorum impietatem omnes incuſarent, quod
cum alijs poſſent corporibus contentionem vrbium dirimere, in cognata vulnera & conſanguineam
pollutionem id certamen concluſerunt. Verum vbi ab amplexibus quieuere, digreſsi inde, gladios reſu-
munt, atque redeuntes, ſe ipſi ſecundum ætatem ſtatuunt, & aduerſum congrediuntur. Primus Roma-
nus Oratius maior occiditur. Secundo primus Albanus. Tertio ſecundus Romanus. Quarto duo Alba-
ni a tertio Romano occiduntur. Surget igitur Gens contra gentem. Numantini deſperantes euadere poſſe
Romanos, conſilium ineunt omnes vna moriendi, potiusq̄ turpiter dederentur. Incenſa vrbe, natos &
vxores partim ferro partim veneno ſuſtulerunt, poſtremo & ipſi ſe mutuis vulneribus conficiunt, vt
ne vnus quidem Numantinorum ſuper fuerit, qui in triumpho duci poſſet, ne præda vlla parta, omni- Numātia.
bus de induſtria ab eis prius corruptis, de nomine tantum (de lana caprina) quod vix vnquam antea aut

VV iij poſtea

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

poſtea accidit eſt triumphantum. Vrbs colle modice edito ſita ſine muro ſine turribus, á quattuor milibus
Celtiberorum, 14. annos ita defenſa, vt plerique Romanorũ duces ignominiam inde pro victoria reporta-
Bellum. uerunt. Habes gentem in gentem, & Gentem in ſeipſam inſurgentem. C. Manlius & Q. Seruilius pro
conſules a Gallis Rodanum ingenti prelio victi, caſtris exuti ſunt, & ex Romano exercitu octoginta mi-
lia hominũ cæſa, calonũ & lixatũ. 40. milia. Nullo vnque prelio tanta vis hominũ a Romanis deſiderata
eſt Et terremotus magni erũt per loca. Verba hæc dixit dñs anno duo de vigeſimo imperij Tiberij Cęſaris,
Plinius. q pręfuit imperio annis trib⁹ & viginti. Dicit aũt Plini⁹ li. 2. ca. 86. Maximi terrę memoria mortaliũ exti
tit mot⁹ Tiberij. C. principatu, duodecim vrbib⁹ Aſiæ vna nocte pſtratis. Creberrim⁹ punico bello intra
eũdem annũ ſepties ac quinquagies nuntiatus Romæ. Sequitur. Nec vero ſimplex malum, aut in ipſo
tantum motu periculum eſt, ſed par aut maius oſtentum. Nunque enim vrbs Roma tremuit, vt non futuri
euentus alicuius id prænuntium eſſet, id quod dicere poſſumus de ciuitate Hieruſalem mox euertenda, vt
abolitionis eius terremotus præcedentes prænuntij eſſent. Dicit autem Auguſt. Ioſue luſtrans cum popu F
Ioſue. 6. lo ciuitatem Hiericho ſeptem vicibus, quaſi arcæ dominicæ & exercitus expaueſcens aduentum, ſubito
Auguſt. corruit. Hoc autem ſæpe factum eſſe in terremotibus vt vrbes corruant nemo ignorat, quomodo in fa-
moſo illo terremotu centum Lybiæ vrbes corruerunt, & in terremotu dominicæ paſsionis vndecim in
Thracia ſubuerſæ ſunt. Hæc illæ. Factum eſt & hoc ſemel iuxta Plinium, ingens videlicet terrarum por-
Terremo- tentum, L. Martio, Sexto Iulio conſulibus in agro mutinenſi. Namque montes duo interſe concurrerunt,
tus. crepitu maximo aſſultantes, recedenteſque, inter eos flamma fumoque in cælum exeunte interdiu, ſpectante
e via emilia magna equitum Romanorum & viatorum multitudine. Et concurſu villæ omnes Elienſes
animalia permulta quæ intra fuerant exanimata ſunt. Nonminus oſtentum & noſtra inquit cognouit æ-
tas, anno Neronis principis ſupręmo, pratis oleiſque intercedente via publica, in contrarias ſedes tranſgreſ-
Philoſop. ſis in agro Marrucino. De cauſa terremotus Philoſophus. 2. Meteororum. Sicut autem in corpore noſtro G
tremorum & pulſum cauſa eſt ſpiritus intus recepti virtus, veluti accidit ſæpe poſt vrinationem, per cor-
pus enim fit velut tremor quidam concomitans lato ſpiritu de foris intus ſubito, ſicut & in terra accidit
ſpiritu facere, & hunc quidem aliquando velut tremorem eſſe, hunc autem velut pulſum. Erunt peſtilen-
tiæ & fames. De hoc vide 4. Reg. cap. 6. Deut. cap. 28. Vide 2. Reg cap. 24. Tempore clemẽtis Papæ ſexti
adeo peſtis per totam Italiam graſſata eſt, vt vix decimus quiſque ex milleſimo homine ſuperfuerit, & hoc
toto triennio. Vidimus & noſtro æuo famem Saguntinam & peſtem grauiſsimam anno Chriſti ſeptimo
ſupra ſeſquimilleſimum, item famem perpeſsi ſumus anno Chriſti vigeſimo ſupra ſeſquimilleſimum. Mi-
tius tamen nobiſcum agit clementia Dei quam cum multis ex retro generationibus, licet nos forte grauiora
peccemus quam illi. Ne igitur dicas inquit ſapiens, quid putas cauſæ eſt, quod priora tempora meliora fuere quam
Eccle. 7. nunc ſunt, ſtulta eſt enim huiuſmodi interrogatio. Hierony. Non eſt enim quæſtio de temporibus, ſed de H
Hierony. moribus, Tu ſic ſemper debes viuere, vt ſemper pręſentes dies meliores tibi ſint quam præteriti, ſiue fames
ingruat, ſiue vrgeat peſtis, quia moriendum cum ſit, fœlix qui conſummatus in breui, expleuit tempora
Sap. 4. multa. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. Hæc omnia videlicet bella, ſeditiones, peſtilentię
fames, Terrores de cælo. Iuxta Lucam, iram Dei teſtantes, ſole verſo in tenebras, Luna in ſanguinẽ
iuxta Ioelem. Hieronymus. Hæc omnia initia ſunt parturitionum, vt quaſi conceptus quidam aduentus
antichriſti, non partus intelligatur: Iam enim zara præmiſit manũ cruentam. Ita dicit & Origenes. Hæc
Origenes. initia ſunt dolorum. Qualis erit ergo conſummatio malorum, ſi talia ſunt inicia? Marcus. Videte autẽ
vos metipſos, Lucas. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus ſuas, & perſequentur
Marcus & Lucas, & tradent vos in conſilijs & ſynagogis & ad cuſtodias, tradentes ad I
reges & præſides propter nomen meum, Matthęus, tradent vos in tribulationem. Mar-
cus, & vapulabitis, Lucas, propter nomen meum, Marcus, in teſtimonium illis, Matthęus.
& occident vos, & eritis odio omnibus hominibus vel gentibus propter nomen
meum. Lucas. Continget autem vobis in teſtimonium. Quod dicit, videte vos metipſos, ſen-
Ioan. 15. ſus eſt, Ne vos quidem qui de mundo non eſtis, quorum conuerſatio in cælis eſt iuxta Paulum (Phil. 3.)
eritis immunes ab his malis, quare cauete vobis, nequid inopinantes obruat, ſiquidem iniicient vobis ma
Matth. 10. nus & perſequentur, ideo eſtote prudentes ſicut ſerpentes, ita tamen ne recedatis a ſimplicitate columbę.
Epheſ. 6. Induite vos ſicut electi milites Dei armaturam omnem Dei, quia omnis mundus factis tribus cuneis ar-
Iob. 1. mabitur contra vos, Iudæi, Gentibus & principes tenebrarũ harum. Ephe. 6. Chryſo. Tale quid mihi vi-
Chryſoſt. detur cum apoſtoli mittuntur velut agni inter lupos, ſicut ſi cum maria ſurgant, cũ tenebris aer obductus K
ſit, cum crebro ſuper aliam alia nauis naufragio demergatur, cũ inter ſe omnes nautæ qui in nauibus ſunt
diſsideant, cum feræ de profundo emergant, cũ fulmina iaciantur, piratæ inſidientur, nulla fides inter na-
tas ſit, ignarique nauigandi gubernacula teneat, cum claſsis maxima ſimul & inſtructiſsima ex aduerſo ag-
grediatur vna habẽtibus nauiculã & eã miſere apparatam in aduerſam & maximã claſſem inſurgere iu-
Lucę. 22. beat dominus, ac ei victoriã polliceatur, dicẽs, ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. O rẽ nouam atque
Apoſtoli. inauditã Iudęorũ innumerabilia Romani tunc vicerunt, & a duodecim victi ſunt nudis & inermibus. Et
quę oratio explicare poteſt tãtę rei miraculũ? Duo enim hęc docẽtibus ineſſe oportet, vt autoritate pol-
2. Tim. 4. leãt, & audiẽtibus diligãtur, & ad hęc tertiũ, vt ea dicãtur quę audiẽtibus placeãt, quib⁹ aures pruriunt.
Adde quartũ quod tẽpore pacis dicant, quę oĩa tũc oĩno cõtraria erãt. Nã ſi Iudęi apud Aegyptũ in luto de-
Exo. 5. ſudãtes, Moſen nõ auſcultabãt, dicẽtes, fetere feciſtis odorẽ noſtrũ, qui tamẽ ad libertatẽ eos vocabat pre
cepto dei, & ad terrã fluentem melle, quis perſuaſit apoſtolorũ diſcipulis pro quieta voluptuoſaque vita,
pericula vincula, effuſionem ſanguinis cotidianamque crucem eligere, præſertim cum alienigenæ capi-
talesque

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

taleſque hoſtes qui prædicabant crederetur? Tolle inquiunt de terra huiuſmodi peſtes, nec enim fas eſt
eos viuere. Finge enim non ingentes vel ciuitates, ſed in domum vnam quampiam qui odio habeatur Actu.22.
introire, vt cohabitantes ibi diuidat atque dirimat, obduratque patrem aliberis, lib[illegible]os a matre, ab v-
xore maritum, & videbis, ante quam aperire os poſsit atque mutire, eum in fruſta dilaniatum. Quod ſi
etiam homo treſsis videatur, & oneroſa imperans, philoſophari delitijs deditos iubeat, & vnus contra
multos certare audeat, nonne ante quam ad ianuam accedat, lapidibus obruetur? Hæc omnia in vna
domo ſed fere in toto orbe dominus per apoſtolos efficit, ſicut olim vnus Ionas [illegible] ciuitate Niniue. Ita-
que apoſtoli a Iudæis acriter impugnabantur quaſi legem ſoluentes, a Gentibus vero quaſi Iudæi, odio
habebantur, ita columbæ iſtæ nullibi quieſcere poterant, cum vbique præcipiti[illegible] eſſent. Inter hæc fames,
peſtes terremotus: bella, quæ quoquo verſus ſuppululabant, nullibi eos conſiſtere ſinebant, & maxime
A dicente domino, eritis odio omnibus Gentibus. Plato mirari ſe plerumque dicebat, quod cum iuuenes cura Plato.
& artificio ſimiles hominum beſtias efficerent, non id potius curarent, ne beſtiarum ſimiles homines eua-
derent, de quibus dicitur, inijcient vobis manus & perſequentur, tradent vos in tribulationē & occident. Nero.
De hoc. Vide in Actis. cap.4. cap.5. cap.8. & cætera. Legimus de Nerone portento generis humani, quod ho-
minibus multis mori iuſsis, non amplius quam vnius horæ ſpacium daret, & nequid moræ interueniret,
medicos admonebat, qui cunctantes continuo curarent, ita enim vocabant venas mortis gratia incide-
re. Caligula parentes ſupplicio filiorum interesse cogebat, quorum vni valetudinem excuſanti lecticam
miſit. Multos ex leuibus cauſis ſerra ſecuit. Equitem Romanum obiectum feris, cum ſe innocentem pro- Medici.
clamaſſet, reduxit, abſciſaque lingua, rurſus induxit. Sed de martyrum mortibus exquiſitis plenæ ſunt hi-
ſtoriæ: Quæ tamen omnia dura licet & acerba & quæ ipſos adamantes domare poterant, vnico verbo
B leuia reddit dicens, continget autem vobis in teſtimonium & illis, eſtque ſenſus, quod inter flagella & per-
ſequutiones quas inferrent illis antichriſti vicarij, & apoſtolorum probabatur patientia, qui occidi po-
tuerunt, non item flecti, & miniſtrorum Satanæ intelligeretur merito damnata obſtinatio. Et eritis odio
omnibus hominibus, quod omnium malorum præſentium maximum videtur. Sed audi quod ſequitur,
non ob vllum veſtrum crimen, ſed propter confeſsionem nominis mei. Tota igitur odij in apoſtolis cau-
ſa eſt, quod prædicabant dominum Ieſum ſeruatorem omnium. Vnde illud ex actis. Si nos hodie diiudica- Actu. 3.
mur in benefacto hominis iſtius, notum ſit vobis, quod in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni,
quem vos crucifixiſtis, quem deus ſuſcitauit a mortuis in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Quid enim no- Actu. 9.
ſtra refert ſi reprobatus eſt a vobis ædificantibus. Quid ſi Saulus ſpirat minas & cædes in nos? Si calcat
pedes in terra eius qui ſedet in cælo? Quid enim ſi dicatis, præcipientes præcipimus vobis, ne doceretis in
nomine iſto? Actu.5. Quid ſi extinxiſtis lucernam & confregiſtis fiſtulam? Nonne dominus Ieſus accen-
C dit pro lucerna facem, & pro fiſtula repoſuit tonitru? Nos autem adeo non timemus minas veſtras, vt
vel de hoc maxime gaudeamus, quod digni inuenti ſumus pro nomine Ieſu vapulare contumelias pati &
obprobria Cornelius tacitus de perſequutione excitata contra Chriſtianos quaſi autores incēdij quo Ro-
ma arſit diebus ſex. Primo correpti qui fatebantur ſe eſſe Chriſtianos, deinde iudicio eorum multitudo
ingens hanc proinde in crimine incendij quam odio humani generis conuicti ſunt. Et pereūtibus addita ludi-
bria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi. Atque vbi
defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis cereos Nero obtulit & hortos ſuos ei ſpectaculo, & circumſe lu-
dicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi. Vnde quanquam aduerſus ſontes & nouiſsima exempla
meritos miſeratio tamen oriebatur, tanquam non vtilitate publica, ſed in ſæuitiam vnius aſſumerentur.
Hæc tacitus perfidus. Vnde illud. Dimitte, vt maledicat, &c. Auguſtinus. Ecce quomodo probatur, deū Auguſt.
D vti cordibus etiam malorum ad laudem atque coronam bonorum. Neque enim dominus mandauit ſe-
mei, vt malediceret regi Dauid, alioqui laudandus eſſet ex obediētia, ſed huius voluntatem ſuo vicio ma- 2.Reg.16.
lam in hoc peccatum iuſto ſuo iudicio & occulto inclinauit. Et ille quidem prolongauit iniquitatem Pſal. 128.
ſuam, regi autem fabricauit coronam. Vos igitur eſtote fideles vſque ad mortem, &c. Apocalip. cap.
Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. 7.q.1. ſug-
Matth.24. Et multi pſeudo prophetæ ſurgent & ſeducent multos. Et quoniam abun- geſtum. de
dabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, qui autem perſeuerarit vſque in fi- pœni. diſt.
nem, ſaluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium in vniuerſo mundo in teſtimo- 2. nō ieuer
nium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio. Quando igitur tribulatio hæc tan- tebātur.23.
quam ventus vehemens inſurget, quæ concutiat quattuor angulos domus eccleſiæ: iuxta illud, facta eſt in q.4. ſi ec-
die illa perſequutio magna in eccleſia quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ cleſia.
E & Samariæ præter apoſtolos, tunc ſcandalizabuntur multi. Multi enim qui tempore pacis putabantur Actu.8.
grana in area eccleſiæ, flante vento, paleæ apparuerunt. Ita habes. 2. Reg. 15. Cum immolaret Abſalon
victimas, facta eſt coniuratio valida, & cætera. Multi igitur deſciſcentes de rege Dauid, adhæſerunt
Abſalon, reliquit tamen ſibi dominus ſeptem milia virorum, qui non curuent genua ante principem hu-
ius ſæculi. Matth.4. Si enim ipſo adhuc viuente, & multa edente miracula multi ex ſuis abierunt 3.Reg.19.
retro, etiam illi. 70. diſcipuli iuxta Ambroſium & Abulenſem, quanto magis inquit Moſes, cum Ioan. 6.
mortuus fuero? Deuteronom. 31. Præſtolantes enim pacem, videbant in dies mala pullulare, vn- Prouerbiū
da excipiente vndam, cæſos apoſtolos, Stephanum lapidibus obrutum, Iacobum capite plexum,
Petrum coniectum in vinculis Paulum Sylam & Barnabam ad mortem vſque periclitatos, Actu. Actu.7.
16. multos vt diximus fugatos timore mortis, aut diſperſos & palantes percuſſo paſtore, aut aſcen- Actu.12.
dente in cælum, vnde conſequenter multi eorum qui radices alte non fixerant in charitatem (Epheſ.3.) fa-



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ćta tribulatione propter verbum, & perſequutione ſæua graſſante, continuo ſcandalizati ſunt. De hac
Matth. 15. autem perſequutione ſequitur. Et inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Multi enim poſt quam ſe-
mel abierant retro, abiecto iugo Chriſti, ne ſoli viderentur deſipuiſſe, alios in præcipitium volebant tra-
here. De hoc dictum eſt Matth. cap. 10. Ibi, tradet autem frater fratrem in mortem. Iræ enim fratrum acer
Prouerbiũ biſſimæ ſunt. Ita ex fratribus & amicis fiebant hoſtes domeſtici, iuxta illud, filij matris meæ pugnauerũt
Canti. 1. contra me. Id manifeſte patet in Saulo, qui perſequebatur & deuaſtabat ſynagogam, pro qua prius ad
mortem vſq; certabat. Et multi pſeudo prophetæ conſurgent. Dictum ſupra de hoc. Dicamus tamen de
Mahom. vno Mahomad, qui morbo laborabat comitiali, quem cum vxor rogaret, quod eſſet malum illud, deſine
inquit vxor mirari, morbus adeſt, morbus abeſt. Sed cum aduentantis numinis vim pati nequeam, mente
collabor ac ſtupent membra, communis eſt hæc prophetarum affectio: Quorum vnus ſum. Habere dice-
batur etiam columbam domeſticam, quæ cibum ex aure eius captans, ſpiritus ſancti ſpeciem videbatur
præ ſe ferre, & pſeudo prophetam ſuper futuris certiorem facere. His fraudibus & vaframentis muliere de- F
linita, quem odiſſe cœperat euentus atrocitate, commenti verſucia & diuinum ſuſcipere virum coacta
eſt, & moriens, virum ex aſſe hæredem inſtituit. Fuit autem pſeudo propheta hic matre Hiſmaelita, pa-
Sergius. tre Arabe vel perſa natus. Sic dum duas leges docetur, nullam calluit. Adhæc ſciendum, ꝙ Sergius Neſto-
rianæ impietatis vir, cum nullius eſſet inter ſuos dignationis, præſentem vitæ ſtatum pertæſus, Bizan-
tium profectus, ad Mahometum cuius nomen iam celebre erat homo transfuga ſe contulit. Huius igitur
conſilio vſus, legem propoſuit, quæ vt popularior eſſet, ex omnium gentium ſectis aliquid aſſumpſit.
Chriſtum vt in ſuo teſtatus eſt Alcorano, in primis laudandum cenſuit, virum fuiſſe affirmans ſanctum,
& omni virtute preſtantem, eundemq; ſupra humanitatis faſtigium poſuit, nunc verbum, nunc ſpiritum
Sabellianus. & Dei animam prædicans, virginis vtero natum, ipſam virginem miris affert laudibus, aſtipulatur mi-
raculis & euangelicæ hiſtoriæ, quatenus a ſuo non diſcrepat Alcorano. Euangelia ab apoſtolorum di-
ſcipulis corrupta, oportuiſſe per Alcoranum ſuum emendari. Et Chriſtiani nominis multitudini per hæc G
blanditus, a Sergio voluit baptizari. Inde ad aliorum ſtudia concilianda, cum Sabellianis negauit trini-
Mahom. tatem, cum Manichæis binarium in diuinis numerum poſuit. Cum Eunomio negauit æqualitatem pa-
tris & filij, ſpiritum ſanctum creaturam dicens cum Macedonio. Cum Nicolaitis probauit multitudinẽ
vxorum, & vt Iudæis aliquid daretur circumciſionem & baptiſma ſimul prædicauit. Probauit & vetus
teſtamentum, tam & ſi id quoque diceret, quibuſdam in locis non carere vitio. Prætexuit his ambagibus
incredibilem illecebram, qua facile vita capitur, remiſsis ſuæ genti veneris & omnium voluptatum habe-
nis. Talis ergo fuit iſte inferenda lege. Cæterum habuit res peſsima luxurioſa incrementa, adeo eſt vita
pronior in lapſum ꝗ in bonum conſtans. Serpſit peſtis hæc in gentes fere innumeras, vt iam quota pars
hominum præ multitudine illa a vero aberrantium ſit nunc demum in officio. Vnde ſequitur. Et quoniã H
Auguſt. abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Auguſtinus, ſuper Pſal. 30. Primo commendata pau-
citate ſanctorum, puſillus enim erat Grex, tanquam miſsis retibus: Multiplicata eſt eccleſia, & capti ſunt
innumerabiles, qui etiam nauigia primerent, & retia rumperent, & tamen ex tot innumeris piſcibus, cẽ-
tum. 53. tantum, numero comprehenduntur diuino, quoniam abundante iniquitate, multi retia deſerent,
ante ꝗ pertrahatur ad littus. Qui igitur intra rete inuentus non fuerit charitatis, non erit ex illis bonis pi-
Hierony. ſcibus, quos angeli ſelegerunt, & repoſuerunt in vaſa. Matth. 13. Qui autem perſeuerauerit vſque in finẽ,
1. Cor. 15. hic ſaluus erit. Sicut enim dicit. Hieronymus, non quæruntur in Chriſtiano initia ſed finis, Saulus enim
1. Cor. 9. male cœpit, quia ſero cœpit, tamen abundantius omnibus laborauit, bonũ certamen certauit. 2. Tim. 4.
Et rurſus, Sic curro non quaſi in incertum. Non vocaberis inquit vltra Iacob, ideſt luctator, ſed Iſrael erit I
Gene. 32. nomen tuum, ideſt princeps cum Deo iuxta Hieronymum. Si inquit mecum pugnare potuiſti, qui deus
ſum, vel ſecundum alios, angelus, multo magis cum hominibus, hoc eſt cum Eſau fratre tuo, quem formi-
Hierony. dare non debes. Quia igitur luctatus es vſq; mane, ſaluus eris, ſicut ibi ſequitur, non dimittam te, niſi be-
nedixeris mihi. Et infra. Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Gene. cap. 32. De hoc
dictum eſt Matth. cap. 10. Vbi ponuntur eadem verba. Et prædicabitur hoc euangelium in toto mundo,
&c. Prædicatio hæc euangelij quod credentes perducit in regnum cælorum annis. 40. fiet, qui numeran-
tur a morte Chriſti vſque ad euerſionem Hieruſalem. Vtrum autem ſit ſermo hyperbolicus prædicabitur
in toto mundo, an annis. 40. vel. 42. Prædicari potuerit euangelium in vniuerſo mundo, problema eſt.
Abulenſ. Prædicabitur hoc euangelium in toto orbe. Tenet Abulenſ. ꝙ ſit impletum hoc ad litteram ante euerſio-
nem Hieruſalem. Obſtat Auguſt. & Origenes. Dicit autem doctor hic, dicere ꝙ ſint aliquæ Gentes apud K
quas nullus vnq; Chriſti diſcipulus prædicauerit, vel ad quas non peruenerit fama doctrinæ Chriſti, te-
merarium eſt, & nemo ſapiens id audebit aſſerere, quia iſta negatiua non habet vnde probetur. Quia &
ſi in præſentiarum apud multos gentilium nullum reperitur Chriſtianæ fidei veſtigium, ſatis eſt ꝙ ali-
quando prædicatum ibi fuerit euangelium, vel illo odor fragrantiæ eius peruenerit, ante euerſionem Hie-
ruſalem. Illud habet Chryſoſtomus ſimul cum Abulenſi pro explorato, ꝙ id quod ſequitur, & tunc ve-
niet conſummatio, non intelligitur de fine ſæculi, ſed de abolitione Hieruſalem, quod patet per id quod
ſequitur infra, rogate ne fuga veſtra fiat in hyeme vel ſabbato. Nam tempore antichriſti non ſeruabitur
ſabbatum. Et rurſus, ſi his qui in Iudæa ſunt dicitur, vt fugiant ad montes, cæteri per orbẽ Chriſtiani quo
fugient? Adhæc Lucas loco eius quod dicit Matthæus, cum videritis abominationem, dicit, cum videri-
Doctores quatuor. tis ab exercitu circundari Hieruſalem. Ita exponunt Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſt. Beda & Abu-
lenſis. Vocatur autem euerſio Hieruſalem conſummatio, quia tunc Iudæi radicitus inde euulſi ſunt. Nec
tamen dixit dominus, poſtquam creditum fuerit hoc euangelium, ſed poſtq; prædicatum fuerit, quo ver-
bo oſten-

Fondo ... EL COLEGIO de JALISCO

bo oſtendit, non ſe expectaturum vt omnis credant, ſed id tantum vt omnibus prædicetur. Hæc expoſitio
Chryſoſtomi illud præſupponit, ꝙ cõſummatio hęc intelligatur de fine ſeculi, vt autem prędicitur vtro- Marci. 13.
que modo exponitur a doctoribus. Sequitur. Et cum duxerint vos tradentes, nolite in cordi- Lucę. 21.
bus veſtris non præmeditari non præcogitare queadmodum reſpondeatis, ſed quod
datum fuerit vobis in illa hora id loquamini, iuxta Marcum, Lucas. Ego enim dabo vo-
bis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij ve-
ſtri, Marcus. Non enim vos eſtis loquentes, ſed ſpiritus ſanctus. Hæc omnia expoſita ſunt
Matth. cap. 10. Quid autem neceſſe erat apoſtolis orationes ſuas præmeditari, allocuturi populum qui do
ctorem habebant ſpiritum ſanctum, & alioqui Muſas ipſi nec a limine ſalutauerant? Cum igitur paga- Thomas.
ni nobis obiecerint de apoſtolis, ruſticos eos fuiſſe, adijciamus & nos, item indoctos & illiteratos. Et ſi
A Thomæ credimus (credat qui voluerit) Paulus balbus erat. Ideoꝗ pſeudapoſtoli deridebant eum. Paulus 22. Cor. 11.
quidem imperitum ſermone ſe dicit, nec id tamen concedit abſolute, balbum autem eſſe vel fuiſſe, neſcio
vnde probetur. Sed quomodo cumꝗ ſit, ſapientia Dei non ſapientes elegit, ſed organa omnino a muſa, 1. Cor. 1.
vt confunderet ſapientes. Quomodo? Chriſti mortem totus orbis nouerat: Nam in alto ligno, media die Chryſoſt.
in paſchate, in metropoli crucifixus fuerat, ſepulturam item. Reſurrectionem autem nemo exteriorum no Matth. 28.
uerat, imo id potius, ꝙ furati illum fuerant recenter ſepultum. Vnde ergo perſuadere potuerunt reſurre-
ctionem, quæ ipſis etiam apoſtolis videbatur ſine capite fabula, aut iuxta Lucam, deliramentum quod-
dam? Lucæ. 24. Ego dabo vobis os. Nam ſi milites inter miracula perſuaſi ſunt cõtraria teſtimonio per-
hibere, pecunia corrupti, iſti pauperes & elingues vnde id perſuadere tentarent, niſi ſubminiſtrante eis
ſpiritu ſancto os & ſapientiam? Vides Heliam fugientem a conſpectu vnius fœminę, qui tamen legem 3. Reg. 19.
Moſi non abrogabat, imo zelabat, iſti autem illa innouabant, quorum gratia magiſtrum ſuum Iudæi
cruci ſuffixerant. Iam Romanis num illud perſuadere potuerunt, ꝙ prædicarent Chriſtum ex Iudęa pau-
B pere natum, quæ Fabro vni nupſerat, & ex gente vniuerſo orbi exoſa? Num ꝙ crucifixus eſſet, & a ſuo
traditus diſcipulo? Hæc euertere poterant, non perſuadere, & maxime cum a tentoriorum opifice & pi-
ſcatore dicerentur. Sed ego inquit ſum qui loquor: Aut ſicut dicit Paulus, an experimentum quęritis eius 2. Cor. 13.
qui loquitur in me Chriſti? Ita dictum eſt virgini Caterinæ, cum pararet ſe ad certamen illud de fidei ve-
ritate habendum cum. 50. Sapientibus. Ego dabo tibi os & ſapientiam, &c. Ita dicebant apoſtoli, iuſſi Actu. 4.
tacere. Non poſſumus, omnino non poſſumus tacere quę audiuimus, queꝗ vidimus. Videntes enim Pe- Lucę. 22.
tri conſtantiam, qui nudius tertius ad vnius vocem ancillę veritatem tam ingenue negarat non ſemel,
videntes conſtantiam Ioannis, qui & ipſe terga hoſtibus dederat, comperto ꝙ homines eſſent illiterati,
admirabantur. Vnde? Videntes Petri conſtantiam, Petri ſapientiam: Quomodo repente mutatus in aliũ
virum, in numero prophetarum inueniebatur, de quo vide in Actis cap. 2. Quomodo proferebat teſtimo 1. Reg. 19.
C nia ſcripturę, & illa populo fœliciſsima exponebat, qui heri reficiendis retibus nauabat operas ſuas. Ecce
igitur gaudet Petrus in verberibus, qui antea in verbis ad mortem vſque exanimatus fuerat, & aſſum-
pta fiducia, magna autoritate vires principum ceſus premit. Tradet autem frater fratrem in mor-
tem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient, iuxta Marcum,
Lucas, trademini a parentibus & fratribus & amicis & cognatis, & morte afficient ex
vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de ca-
pite veſtro non perit, apollyte, in patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Into-
lerantia laborum. Textus iſte expoſitus eſt Matth. 10. fere nullo immutato, excepto illo, in patientia ve- Gene. 4.
ſtra. Vbi autem fides reperienda eſt, & fraterna charitas, ſi Cain occidit ſanctum Abelem, ſi Polemius fi- 2. Reg. 16.
lium ſuum Chryſantum, ſi nobiliſsima virgo Barbara a patre ſuo proditur, ſi Abſalon patrem ſuum re- Gene. 9.
gno pepulit? Si Cham parentem ſuum irriſit? Dionyſius Tyranus vetitus ne filius prudentium hominum Dionyſius
D inita familiaritate, ei quandoque tenderet inſidias, ac principatum interciperet, incluſum domi, ſub cuſto-
dibus obſeruabat, quo tempore rerum in expertus, planſtella & candelabra lignea, ſedes ac menſas fabri-
caſſe dicitur. Et cum nemini fidem haberet, & capitis crines tonſorio radere cultro nequaquam auderet,
adurens carbone Cæſariem. Plus inquit dabunt tõſori vt præcidat gu-
pigmentarius quidam accedebat, 
tur meum, ꝗ ego vt raſitet barbam. Cubiculum eius neque frater neque filius vt indutus erat ingredieba-
tur, ſed vnuiquiſque depoſito prius amictu ſuo, alterum ſuſcipiebat, ita vt eum ſatellites nudatum aſpice-
rent. Ab amicis quoque ſapientibus cauere ſibi dictitabat, quando ignarus non eſſet, eos imperare malle
ꝗ ſeruire. Marſiam quendam abſe ad dignitatem euectum idcirco necauit, ꝙ is Dionyſium per quietem
iugulare ſe exiſtimaret. Ab diuturna enim cogitatione atque conſilio hæc illi viſa per ſomnium aſtitiſſe.
Vno igitur hoc exemplo contenti ſimus, vt intelligamus eos timoris veniſſe hunc Tyranum, vt nec filijs
fideret, non fratribus non amicis, non ſapientibus, quin nec ipſis tonſoribus, quando mera ſomnia morte Gene. 2.
E multaret. Trademini inquit a fratribus, qualis ille, cuius verba ſunt, neſcio. Ambroſio. Recuſat munus Ambroſ.
fraternæ cuſtodiæ, quaſi exors naturę, declinat iudicem, quaſi liberi arbitrij. Sed quid miraris ſi fratrem nõ
agnouit, qui non agnouit autorem? Sed vbi eſt inquit Abel? Soli eratis cũ duobus parentibus, inter pau-
cos frater te latere non debuit. Quod ſi parentes contra filium ſtare in iudicio non poſſunt, vox ſanguinis
fratris tui clamat ad me. Et eritis odio omnibus hominibus. Hyperbole eſt. Vnde illud. Spectaculum facti
ſumus Deo & angelis & hominibus. 1. Cor. 4. Vbique locorum hęc inquit patimur (ita vt tæderet nos vi- Gene. 4.
tæ) non in parua orbis terrarum parte. Noſtra inquit certamina talia ſunt, vt etiam angelorum digna ſint 2. Cor. 1.
conſpectu, vilia autem certamina ſunt quæ hominibus coram fiunt. Sicut autem dicit Chryſoſto. multi Chryſoſt.
conuolarunt ad laqueum, famæ obprobria non ferentes. Et quid miramur in cæteris? Cum proditorem
VV V illum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Matth.27. illum impudentiſsimum hoc præcipue ire ad laqueum compulerit. Et ſanctus Iob omni adamante ſupe-
Cap. 19. rior, qui filijs ſubſtantiaque ſimul ablatis, dominus dedit dominus abſtulit, dixit, & cum quaſi quendam
fontem vermium videret toto corpore bullientem, ſupra quæ omnia audiret vxorē grauius & moleſtius
imminentem, perfacile cuncta ſuperauit. Cum autem audiuit ab amicis, ꝙ pro peccatis ſuis iſta patieba-
tur, ac maliciȩ ſuȩ ſolueret vltionem, tum demum vtique turbatus eſt ille vir & maximus & fortiſsimus,
2. Reg. 16. qui ſi non fuit maior apoſtolis (date veniam libere loquenti) certe neque minor meo iudicio fuit. Dauid
quoque omittens cuncta quæ pertulit, pro maledicto patienter audito vicem a domino repoſcebat, cū
Seneca. vocaretur vir ſanguinum a Semei. Seneca. Acerbum eſt Vri, quanto acerbius, ſi id te faciente patiaris. Vi-
des hominem non eruditum, nec vllis pręceptis contra mortem aut dolorem armatum, militari tantum ro-
Sceuola. bore inſtructum, pœnas ſe irriti conatus exigentem. Spectator diſtillantis in hoſtili foculo dexteræ ſte-
tit, nec ante remouit, nudis oſsibus fluentem manum, ꝙ ignis illi ab hoſte ſubductus eſt. Facere aliquid in p
illis caſtris fœlicius potuit, fortius nihil potuit. Facilius porſena Mutio ignouit quem voluerat occidere,
ꝙ ſibi Mutius, ꝙ non occiderit. Confecit itaque bellum Mutius inermis & mancus, & iſta manu trunca
reges duos vicit. Iſte autem iam recepit mercedem ſuam, & perijt anima eius cum ſonitu, capillus autem
de capite veſtro non peribit, Matth. 10. Dictum eſt: capilli veſtri numerati ſunt, nunc vero nec vnus peri-
bit. Et forte loquitur de illis, quorum vno vulneratur ſponſus in canticis, & ipſe vnus eſt ſanctus vir Io-
ſeph caſtitatis exemplar. Sunt autem iſti capilli numero ſeptem, ſicut habes Iudi. 16. Caput noſtrum Chri-
Iudi. 16. ſtus eſt. Ephe. 1. Vnus capillus vnitatem ſignificat. Iſti capilli ſeptem raſi ſunt a Dalila, ideſt ſynagoga,
Ionæ. 2. cum relicto paſtore, omnes oues fugerunt. Tamen poſtquam reſurrexit, & emerſit Ionas, capilli eius re-
naſci cœperunt, ſicut ſcriptum eſt, gauiſi ſunt diſcipuli, viſo domino. Lucȩ. 24. Cȩterum dicens, capillus
non peribit, oſtendit multam ſe de rationabili creatura curā gerere, quando de numero capillorum ſollici-
tus eſt, & non iuxta Habacuk, cap. 1. facies hominum ſunt velut reptilia, quȩ ducem non habent. Adijce I
Plutarch. Plutarc. Humana iuſticia leges habet quæ ſcelera coerceant, & ob ſingula male facta quid vnumquemq;
pati deceat, ex amuſsim ponderant, vlterius vero progredi haud audent. Deum vero cum ęgram animam
affligere ſtatuit, longius introſpicere, affectusq; diſcernere, dicet, prudenterq; conſiderare, num aliquando
ad pœnitentiam flecti debeat, ſicq; tempus ad emendenda tribuere ſcelera. Vbi vero ſynceri nihil eſſe de-
pręhendit, protinus vindicare conuenit, tanquam videlicet alijs aſsidere cum malicia conuerſari penitus
ſit nociuum, ſibi ipſi vero detrimentum. Quos vero ob honeſti ignorantiam potiusq; vitiorum delectu
temere peccare nouit, illis emendandi tempus tribuere ſolet. Qui ſi in flagitijs perſeuerant, tandem eos
vlciſcitur. Haud enim veretur, nequādo ſibi fuga conſulant. Conſidera enim quantȩ in hominum vita &
moribus acciderint mutationes. Quotq; a ſceleribus ad frugaliorem modeſtioremq; conuerſi ſunt vitam.
Hęc ille. Et putet quis non loqui Plutarchum ſed Paulum, ſed prophetam dicentem, terribilis deus in cō-
Pſal. 65. ſilio, ſuper filios hominum, quorum non ſolum capillos, ſed & greſſus dinumerat. Iob 14. Numerat & h
verba quæ apud nos aſsiduitate viluerunt. Vide Daniel. 3. ibi contemplabantur viros illos, &c. In pa-
tientia veſtra poſsidete animas veſtras. Hæc ſententia congruit illi, qui autem perſeuerauerit vſq; in finē,
1. Co. 9. hic ſaluus erit, Matth. 10. Vide ibi. Hoc eſt quod Paulus dicit, vix ex tam multis incipientibus vnus acci-
pit palmā. Repoſita eſt corona iuſticiæ ibi, his qui bonum certamen certant, hoc eſt curſum conſummant
diebus 40. Cum Helia, &c. 3. Reg. 19. Et ſciendum ꝙ apud Germanos ſcutum in pugna, amiſiſſe præci-
Germani. puum flagitium erat, vt ſacris & publico concilio excluderentur eiuſmodi clade affecti. Multi enim tali
infamiæ ſuperſtites, vitam laqueo finierunt. Scutum autem noſtrum patientia eſt, quo abiecto, anima
non poſsidebitur. Ambroſio. Ergo locus hic paleſtra eſt, locus pugnæ videlicet, adhuc athletæ in ſtem-
Ambroſi. mate ſunt, & tu iam ocium petis! In labore inquis hominum non ſunt impij. Boues enim ſunt reticuli.
Eſto. Quia qui non ſubſcripſerunt ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis. Qui in ſtadio non
deſcendunt, non ſe perfundunt oleo, non oblinunt puluere, vnguentati ſpectare ſolent, non decertare,
emeriti ſunt, ſicut leuitæ ab anno quinquageſsimo. Vos durate vos met, rebusq; ſeruate ſecundis. Tranſ-
eundum eſt per ignem & aquam, patientia nobis ſumme neceſſaria eſt, vt reportemus repromiſſiones.
Pſal. 65. Hebr. 10. Adhæc Gregorius. Sic enim conditi mirabiliter ſumus, vt ratio animam & anima poſsideat cor-
Gregori. pus. Ius vero animæ a corporis paſsione repellitur, ſi non prius anima a ratione poſsideatur. Cuſtodem
ergo poſſeſsionis noſtræ & conditionis noſtræ patientiam dominus demonſtrauit, quia in ipſa nos poſ-
ſidere nos ipſos monſtrauit. Quanta ergo ſit impatientiæ malum vindictæ. Adoleſcens quidam temera-
rius Socratem calce percuſsit. Quam ob rem cum moleſte ferentes comites adeoq; diſcrutiatos animo aſpi-
Rom. 12. ceret, vt ipſum perſequi vellent, ſi me aſinus inquit calce pulſaret, dignum me vt mutuo illi calces incute-
Socrates. rentur exiſtimaretis? Verum cum illum vniuerſi probris inſectarentur, calcitronemq; nominaſſent, ſuffo-
catus eſt. Itaque prudentes & patientia præditi veluti apes ex thimo aridiſsima aſperrimiq; ſucci herba
Apes. mel rem ſuauiſsimam conficiunt. Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum. Vt enim qui
Rom. 8. pro ternam canem lapidem vibrrans, cum ab illa aberrans; Nouercam non deſtinato percuſsiſſet, nec hoc
quidem inquit modo male, ſic & fortunam retrorſum quam volumus cadentem emendare aliorſumque
Plutarch. vertere per patientiam licet. Si orbitas accedat (verbi gratia) reſpice Romanorum reges, quorum ne vnus
quidem moriens, filio regnum reliquit. Imo audi ſanctum Iob ſublatis decem pignoribus cum omni ſub-
Iob. 2. ſtantia, ita per orantem, ſicut domino placuit, ita factum eſt. Sicut Satanæ placuit ita factum eſt. Abſit.
Nam Satanas non ſubſtantiam ſed animam auferre moliebatur; Sed animam inquit caue, filios peculiū
tolle, &c. Cum aliquando ciues ſpartani aduerſus Lucurgum principem ſuum furore exarſiſſent, vnus
Lycurgus. Aleander baculo oculum eius ferens eruit. At Lycurgus nihilo ex dolore remiſsior, aduerſa fronte faciē
ciuibus

K

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

ciuibus cruentam oſtendit, oculumque erutum. Pudore maximo illi ac mœrore affecti, Alcandrum ei ci-
ues tradiderunt, & ad ſuam vſque domum Lycurgum deduxerunt. Lycurgus autem illos quidem lauda-
tos dimiſit; Alcandrum vero vbi domum introduxiſſet, mali ei neque fecit, neque dixit, ſed dimiſsis con-
ſuetis miniſtris qui ſibi famulabantur, illum miniſtrare iuſsit. Hic autem qui nequaquam eſſet obtuſus,
ſilentio imperata exequebatur, ſimulq; Lycurgo aſsiſtens, ac ſimul viuens, in perſpicienda manſuetudi-
ne, & eius animi affectu & vitæ ſeueritate, & in perferendis laboribus conſtantia, & ipſe mirifico in eũ
virum amore eſt redditus. Sic igitur ille cruciatus eſt, & huiuſmodi pœnam ſubijt, vt ex improbo & teme
rario iuuene, in virum exactiſsimum continentiſsimumq; euaderet, vincente Lycurgo in bono patientiæ
malum tantæ illatæ iniuriæ. Rom. 12.

A Caput. xiiij. Cum videritis abominationem deſolationis. Væ prægnanti-
bus & nutrientibus. Multa dicuntur de abolitione ciuitatis Hieruſalem.
Sequuntur multa de tempore antichriſti, de ſole obſcurando luna &
ſtellis.

CVm ergo videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt a Matth. 24.
Daniele propheta ſtantem in loco ſancto. Marcus. ſtantem vbi non Marci. 13.
debet, qui legit intelligat. Lucas. Cum videritis ab exercitu circun- Lucę. 21.
dari Hieruſalem, tunc ſcitote, ꝙ appropinquauit deſolatio eius.
Tres euangeliſtæ. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, qui in
tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, Matthæus & Mar-
cus. Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere veſtimentum
B ſuum vel tunicam. Lucas, Et qui in medio eius, diſcedant, & qui in
regionibus, non intrent in eã, quia dies vltionis hi ſunt, vt impleã-
tur omnia quæ ſcripta ſunt. Tres euangeliſtæ. Væ autem prægnantibus & nutrientibus
in illis diebus. Matthæus, orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbato,
Marcus. orate vt hyeme non fiant. Matthæus, erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ
fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet, Marcus. Erunt enim dies illi tribulatio-
nis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus vſque nunc, ne-
que fient. Lucas. erit enim præſſura magna ſuper terram & ira populo huic, & cadent
in ore gladij. In acie gladij. Hanc Græci ſtoma vocant, ꝙ ea parte mordeat. Stoma enim os eſt, & ca
ptiui ducentur in omnes gentes. Et Hieruſalem calcabitur a Gentibus, donec imple
C antur tempora nationum. Hunc locum vt præfati ſumus Chryſoſt. Expreſſe exponit de abolitione
Hieruſalem Dicit enim. Vide ꝙ aduerſus Iudæos erat hic ſermo, cum dicit, Rogate ne fuga veſtra fiat ſab
bato, &c. Non enim apoſtoli obſeruaturi erant ſabbatum, nec in Hieruſalem permanſuri, nam tempore
Veſpaſiani plures eorum erant iam vita functi, Itaque hæc ad ſecundum quæſitum pertinet, de quo ſupra
cap. 12. Poteſt autem referri ad primum, videlicet de ſignis quę præcedent deſolationem ciuitatis. Abomi-
nationem autem hanc ita explicat Abulenſis ex verbis Ioſephi dicentis. Fuit habitatio hominum impio-
rum in templo & prophanatio eius. Dicit ergo Ioſephus, ꝙ zelotæ Ioannem quendam ad potentiam eue Ioſephus.
xerant, ipſe autem eis vicem pro hoc referens, omnia eos facere permittebat. Inſatiabilis autem rapinarum
cupiditas erat, & domorum perſcrutatio locupletum, cædes virorum, mulierum iniurię pro ludo habebã-
tur, prędamq; cum ſanguine vorantes, ſine aliquo metu poſt ſacietates muliebri libidine caleſcebant, Fœ
minarum veſte induti comptiq; & loti & vncti, impudicitiam mulierum imitabantur. Ecce quid age-
D bant, qui in templo morabantur, vnde & abundantiſsime pro fanatum erat. Denique intra templum bel-
la fiebant, multusq; cruor per loca ſancta decurrebat, ita ꝙ ſæpe accedentes quidam ad ſacrificandum, ſu-
per ipſum altare occidebantur, & ſanguine proprio ipſum altare domini fœdabant, quo nihil abomina-
bilius cogitari poterat. Nam & ſacræ veſtes quas non licebat, niſi cum ſummo honore contingi, & ad ſo
la ſacra miniſteria accipi, ad tergenda fœda vulnera & fluentem ſanguinem de vulneribus ſumebantur,
Eadem eſt ſententia Egeſippi lib. 4. Sequitur. Miſsilia namq; machinarum ad aram vſq; templumq; dela-
ta, in ſacerdotes ſacra celebrantes cadebant. Multi qui de exteris venerant ad ſacrificandum domino, arã
vniuerſis Gręcis & Barbaris adorandam ſuo ſanguine imbuerunt, per quę atria diuina ſtagnum fecerat
diuerſorum cadauerum ſanguinis. Hęc autem erant abominatio coram Deo, & faciebant templum abo-
minabile. Et ideo quandiu iſta manſerunt in templo, manſit in eo abominatio. Vocatur autem abomina-
tio deſolationis a Daniele, quia alię multę fuerunt tempore Antiochi & Machabeorum, ſed non pro-
E pter eas perijt ciuitas ſimul cum templo, ſed in iſta vtrumq; ſimul euerſum eſt. Sicque Chriſtus dominus ad
ducens teſtimonium Danielis. Expoſuit in templo, (hanc autem Faber exponit Titum idololatram) & Faber.
cum videretis ab exercitu Romano circundari Hieruſalem ſcitote ꝙ prope eſt deſolatio eius, & tunc Chri
ſtiani videntes Titum imminere ciuitati, fugere debebant. Tamen Lucas non intellexit de Romano ex-
ercitu, ſed de eo quem florus pręſes prouintię habebat, qui ſimul venit cum exercitu Agrippę regis, qui mi
ſit duo milia equites contra Zelotas, ſicut Ioſephus dicit. Tunc igitur aperte cœperunt eſſe prędę & ſtra
ges bellicę, & apparuit abominatio Zelotarum in templo, vnde non amplius debuerunt credentes per- Hierony.
manere in Iudęa, ſed fugere. Hieronymus ita dicit. Cum ad intelligentiam prouocamur, myſticum oſten-
ditur eſſe quod dicitur. Legimus in Daniele cap. 9. In dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium meum &

libami-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

libamina,& in templo deſolationum abominatio erit. Poteſt autem ſimpliciter de antichriſto accipi, de
Match.22. quo Paulus.2.Theſ.2. Aut de imagine Cæſaris quam Pilatus poſuit in templo, ſicut dictum eſt ibi, cuius
eſt imago hæc, aut de Adriani equeſtri ſtatua quæ in ipſo ſancto ſanctorum loco vſque in pręſentem diē
Ambroſ. ſtetit, ſicut diximus ibi: Non remanebit lapis ſuper lapidem. Ambro. Ita dicit, Vere Hieruſalem ab ex-
ercitu obſeſſa eſt,& expugnata a principe Romano, Vnde & Iudæi putauerunt tunc factam abomina-
tionem deſolationis, eo ꝙ caput porci in templum iecerint, illudentes Romani Iudaicæ ritum obſeruantię,
quod ego nec furene d[illegible]rim: Abominatio enim deſolationis execrabilis antichriſti aduentus eſt, eo ꝙ ſa-
crilegijs infauſtis mentium interiora contaminet, ſedens iuxta hiſtoriam in templo, vt ſibi diuinæ vendi-
Hilarius. cet ſolium poteſtatis. Hilarius. Abominatio inde dictus eſt, ꝙ aduerſus deum veniens, honorem ſibi Dei
vendicet, deſolationis autem abominatio, ꝙ bellis & cædibus terram cum piaculo deſolaturus ſit, atque
2. Thi. 2. a Iudæis ſuſceptus, loco ſanctificationis inſiſtet. Et quia proptius iſte Iudæorum erit error, vbi ſanctorum F
precibus deus inuocabatur, illic ab eis eundem vt deum venerari, vt qui veritatem reſpuerunt, ſuſcipiant
falſitatem, Iudæam deſeri monet,& transfugere in montes, ne admixtione plebis illius antichriſto credi-
Gene.19. turæ, lepra & virus ſerpat in membra Chriſti, cum tutiora futura ſint deſerta montium per id temporis,
ꝙ frequentata Iudææ. Hæc ille. Sed nos ſenſum litteræ iuxta Abulenſem proſequentes, ſequamur cætera.
Qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, ſicut dictum eſt ad Loth, ſurge tolle vxorem & duas filias, ne &
tu pereas pariter in ſcelere ciuitatis,& c̄. Et qui in tecto, non deſcendant aliquid tollere, & qui in agro,
non reuertantur,& c̄. quorum verborum vna eſt ſententia, fuga ſibi conſulendum eſſe Chriſtianis vide-
Iob. 2. licet qui habitabant per id temporis in Hieruſalem. Scriptum eſt enim pellem & cuncta quæ habet ho-
mo, dabit pro tuenda vita ſua, nec reſpiciendum cum vxore Loth, ne rigeamus. Eſt autem ſermo hyper-
bolicus, fugiant, non deſcendant, non reuertantur, ſicut nonnunꝗ dicimus perge volando, feſtina remis
& velis. Relinquendam ergo iubet terram, cuius iudicium iam imminebat, poſtꝗ impleuerant menſurā
Gene.15. peccatorum ſuorum. Quod ſi tanti vitrum, quanti margaritum? Tollenti pallium dimittanda eſt tunica, G
Matth.5. ſicut legimus in Ioſepho. Gene.39. Abiecit enim tunicam, ne perderet caſtitatem, imo ne perderet animā
Lucę.19. & vitam corporalem, non enim diu lateret adulterium. Quia dies vltionis ſunt, de quibus dictum eſt, cir-
cundabunt te inimici tui vallo. Vt impleantur omnia quę ſcripta ſunt, de abolenda Hieruſalem, quę occi-
Chryſoſt. dit prophetas,& c̄. Matth.23. Vę autem pręgnantibus. Chryſoſtomus. Et quidem pecunias contemnere
facile eſt,& prouidere ſibi in veſtimentis non difficile. Quæ autem a natura ſunt qualiter aliquis fugiat?
Qualiter enim pręgnans leuis fiet ad fugam, aut lactans poterit eum quem pepererat deſerere? Propter
quod væ pręgnantibus & nutrientibus in diebus illis. Iſtis igitur quibus pignore ſua oneri ſunt, conſiliū
fuerit pręuenire tempus fugę. Volucrum animal parit veſpertilio tantum. Eadem ſola volucrum lacte nu-
Iob. 20. trit, vbera admouens, geminos volitat amplexa infantes, ſecumꝗ deportat. Volucrum nulli dentes pręter
veſpertilionem. Huiuſmodi monſtris difficilis fuerit fuga. Cæterum iuxta tropologiam pręgnantes ani-
mæ peccatorum repletæ ſunt. Vnde illud. Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet il- H
las deus. Auguſtinus. Non igitur rapiamus aliena,& impręgnati, tumeamus,& eas adipiſcendo, tanquā
Auguſt. filios complectamur & oſculemur, quia nō deſcendet nobiſcum gloria domus noſtrę. Pſal.48. Interroga-
Cap.2. te epulonem. In die illa inquit Eſaias, proijciet homo idola argenti & auri. Ad litteram Iudæi fugientes
Chaldæos, idola ſecum portabant, non quia dij, ſed quia aurum & argentum. Verum quia impedimento
erant fugę, relinquebant in via, ſicut faciunt qui graui tempeſtate concutiūtur. Ad hęc Auguſtinus ſuper
Auguſt. Pſal.95. Quæ ſunt pręgnantes? Pręgnantes animę animę dicuntur, quę ſpem ha-
bent in hoc ſeculo: Quę autem adeptę ſunt iam quod ſperabant, pro lactantibus ſunt poſitę. Verbi gra-
tia. Emere vult villam, pręgnans eſt, nondum enim factum eſt, tumet vterus in ſpe. Emit, peperit,& ia-
ctat quod emit. Vę igitur ei qui pręgnans eſt, hoc eſt qui ſpem habet in ſeculo. Quid ergo debet facere
Chriſtianus? Vti mundo, non ſeruire mundo, aut iuxta Paulum, qui vtuntur hoc ſeculo, tanquam non
vtantur. Si enim roges ſanctum Iacob, quę ſeptima die comprehenſus eſt a Laban ſocero ſuo, reſponde- K
1.Cor.7. bit, ſequebar greſſus ouium fœtarum, Vę autem pręgnantibus,& non de ſpiritu ſancto. Orate autem ne
Figura. fugiendum ſit hyeme vel ſabbato. De hyeme ꝙ impedimento ſit fugientibus vel iter aggreſſurus, nullus
dubitat. Quęſtio eſt de ſabbato: Num eo tempore quo Hieruſalem vallata eſt exercitu Romano, anno
videlicet quattuor vel circiter a paſsione domini ſabbatum obſeruaretur a credentibus,& eadem difficul-
tas vel ſcrupulus eſt de cęteris legalibus. Verum iuxta quod diffinit doctor noſter, tempus certum quo le-
galia ceſſauerunt apud conuerſos ex Iudæis in prouintia Iudęę pręfigi non poteſt. Cum igitur dominus
hęc apoſtolis diceret qui Iudęi erant natione,& eo tempore quando ſabbatum obſeruabatur, nec dixit eis
expreſſe, legalia abroganda, fulgente euangelio, loquutus videtur eis ſecundum conſequentiam tempo-
ris, quo hęc illis dicebat,& non iuxta tempus quando implenda erant. Patet ergo cur dixerit, vel ſabba- L
Hierony. to. Hieronymus ita dicit Hyeme durū eſt in cauernis latitare, ſabbato fugere, tranſgreſsio legis eſt. Quod
ſi remanſerint, moriendum eſt. Aliter per hyemem charitatis tepor, per ſabbatum ocium & corporis figu-
ratur. Quia inquit nec feruidus es nec vel calidus, incipiam te euomere de ore meo. Cęterum ocio corpo-
Apoc.3. ris dictum eſt ab angelo, ſurge ſurge, ne occupet te nox, in qua nemo poterit operari (Ioan.9.) Quia gran-
3.Reg.19. dis tibi reſtat via. Erit enim preſſura magna populo huic, de quo multa diximus ibi, circundabunt te ini-
mici tui Lucę.19. Item ibi: Ecce relinquetur vobis domus veſtra: Et Hieruſalem calcabitur a gentibus, de
Hierony. quo dictum eſt ibi: Non remanebit lapis ſuper lapidem, Si dicas,& vbi eſt illud quod ſcriptū eſt (Eſai.60.)
Surge illuminare Hieruſalem, vſque ibi,& domum maieſtatis meę glorificabo? Reſpondet Hieronymus,
Match.16. Hęc omnia de eccleſia fundata ſupra fundamentum quod poſuit Petrus, & confeſſus eſt, intelliguntur,

Siquis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Siquis autem contentioſus e.t, & carnaliter hæc Iudæis promiſſa contendat, illud dicimus, ꝙ etiam ſi car
naliter ſunt promiſſa Iudæis, tamen ſub conditione ſunt promiſſa, vt ſi ſuſcepiſſent lumen ſuum, quod ad
eos miſſum fuerat, tunc etiam iſta ſequerentur, ꝙ videlicet per deſiderium auri & opum [illegible]bundantiam re-
rumque carnalium, quarum ſemper capiatur illecebra gens iſta, ſuſciperent ad ſe filium Dei miſſum, quē
quia non receperunt, vniuerſa ſublata ſunt, & ſuſcipientibus, ſpiritualiter reddita eſt hæreditas. Quia au Eſai. 5.
tem electum extra vineam occiderunt, diruta maceria, conculcata eſt vinea a Gentibus, & ſedet in triſti- Thren. 1.
tia domina Gentium, & princeps prouintiarum facta eſt tributaria, & cecidit cor[illegible]na de capite eorum. Thren. 5.
Quid autem dicit, donec impleantur tempora nationum, ſenſus eſt, donec dominus cui proprium eſt mi- Exo. 4.
ſereri, manum ſuam rurſus ſinu ſuo recondat, (Pſal. 73.) & Maria quę propter lep[illegible]am ſeptem diebus eie-
cta eſt a cœtu credentium, expleta pœnitentia, reuocetur in caſtra. Num. 12. Pot[illegible]s eſt enim deus inſerere
A illos in radice ſua, quando Gentes in aliena inſertæ ſunt, Rom. 11. Traditi ſunt igitur Gentibus vt ſeruiāt
ſub tributo, ſi forte tot & tantis preſſi malis, reſipiſcant dicentes, vere quia non eſt deus nobiſcum, inue-
nerunt nos omnia mala hęc. Erit inquit tribulatio magna & dies tales quales non fuerunt ab initio crea- Deut. 31.
turę. Cauſam igitur tantæ neceſsitatis ad fugiendum conſequenter aſsignat, dicens, erit tunc tribulatio,
&c. Sequitur quomodo id verum eſt, ꝙ illa tribulatio futura erat maior omnibus præteritis & quæ olim
futuræ erant vel ſunt. Dicendum ꝙ commenſurare pondus huius tribulationis quā paſsi ſunt Iudęi, euer- Quęſtio.
ſa Hieroſolyma omnibus præteritis de quibus refertur apud Chronographos, difficile eſt, niſi ſiquis ſin-
gula proprijs vidiſſet oculis, quod eſt impoſsibile. Et tamen generaliter loquendo, ſiquis hiſtorias Gentiū
percurrat, nullam inueniet, in qua tot calamitates enarrentur, quot Ioſephus refert Iudæos paſſos inde Faber.
bello Iudaico, de quibus multa retulimus ibi, ad terram proſternent te. Lucæ. 19. Et ſi Fabro credimus, vn-
decies centena milia Iudęorum fame & gladio perierunt, ſexcenta milia capta & interfici iuſſa, & hoc in
ſolemnitate paſchæ, qua dominum cruci affixerant, captiuorum autem publice venundata, centum mi-
B lia, talis igitur tribulatio nuſquam legitur facta alibi, neque fiet, iuxta Verbum domini. Hęc ille. Ratio au
tem tanti mali perſe nota eſt, quia grauiſsimo peccato grauiſsima pœna debetur, & patet. Vnus tantum
manet ſcrupulus, quia dixit dominus, ſimilis tribulatio, nunquam facta eſt, neque fiet. Quæritur enim de
tribulatione quæ futura eſt tempore antichriſti vtrum erit maior ſicut communiter aſſeritur, ęqualis aut
minor. Dicendum primo, ꝙ de tribulatione illa qualis futura ſit, nulla ſcriptura explicat, dominus autem
nullam excepit, ſed omnibus tam præteritis ꝗ̃ futuris hanc prætulit. Dicitur ſecundo, ꝙ tribulatio facta
ſub Tito, fuit Iudæorum tantum, illa autem nouiſsima erit omnium credentium, ideo bene ſtat, ꝙ illa ſit
maior ꝗ̃ iſta. Sed ſi verba Marci perpendamus, videtur ſimpliciter concedendum, ꝙ nulla præcedentium,
nulla ſubſequentium equalis fuit vel futura eſt huic de qua loquimur. Vnde Auguſtinus dicit ad Eſichiū. Auguſt.
Nam & Ioſephus talia mala dicit illi populo tunc accidiſſe, vt vix credibilia videantur. Verum ſi lega-
C mus hunc textum iuxta Græcum, facile ſoluitur ſcrupulus hic. Ita enim dicit, v de me genete, ideſt neque
fiat. Erit tribulatio qualis non fuit, neque fiat, vt ſit abominantis. Poteſt tamen accipi pro futuro tempo-
re. Cęterum congeries trium negationum emphaſin habet negādi. Et niſi breuaſſet dominus dies Matth. 24.
illos, non eſſet ſalua omnis caro. Sed propter el[illegible]ctos quos elegit breuiabuntur dies Marci. 13.
illi. Dies hi illi ſunt in quibus impugnanda erat & expugnanda ciuitas illa interfectrix prophetarum.
Abbreuiati ſunt autem non quantitate ſed numero, ne mor[illegible] tribulationis concuteretur credentium fi-
des. Caro autē pro toto homine accipitur, ſicut Lucæ. 3. Videbit omnis caro, &c. Sic ergo intellige: Nulla
Caro ſalua fieret, niſi breuiati fuiſſent dies illi: Nā etiā breuiatis, multi perierunt. Itaq; qm̄ breuiati ſunt
dies illi obſidionis Hieruſalē, quos miſericors deꝰ breuiare dignatu[illegible]eſt multi ex iudęis euaſerūt Romanū
gladiū. Eſt igitur ſenſus, ꝙ cum Romani pugnarent contra Iudæos, ſi diutius bellum protelaretur, nullus
Iudęus Romanis ſubiectus toto orbe, effugeret gladium eorum: Nam qui in Iudęi reperti ſunt, omnes ad
D vnum vel occiſi vel diſtracti ſunt. Quod ſi Iudęi obſeſsi diutius reſiſterent, Romani indignabundi, quo-
cunque terrarum Iudęos inueniſſent, ſubijcerent gladio. Ita dicit Chryſoſt. Adhuc oſtendit Iudęos, gra- Chryſoſt.
uiore pœna fuiſſe dignos, cum dicit, niſi breuiati, &c. ac ſi dicat. Si amplius duraret prelium Romanorum
contra ciuitatem, vniuerſi periſſent Iudęi. Omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris & *qui intus*
erant. Non enim eos ſolos qui in iudęa erant impugnabant Romani, ſed etiam eos qui vbique *diſperſi*
erant perſequebantur. Cauſa huius eſſe poterat ꝙ iudęi de omnibus partibus conueuerant *in auxilium*
ſuę Metropolitanę ciuitatis Grece tamen dicitur, ecoloboſen, ideſt decurtaſſet amputata parte prioris mē
ſurę, nam hoc eſt caloboin. Sed propter electos abbreuiati ſunt. Electi iſti poſſunt intelligi vel iudęi con-
uerſi ad fidem Chriſti, vel Iudęi conuertendi, qui pręſtinati erant ad vitam ęternam. Ita dicit Augu-
ſtinus ad Eſichium. Non debemus ambigere: quando euerſa eſt Hieruſalem, fuiſſe in illo populo electos Auguſt.
Dei, qui ex circuncíſione crediderant, ſiue erant credituri, electi ante mundi conſtitutionem, propter quos
E breuiantur mala illa, vt tolerabilia fiant, Erit tribulatio [illegible]alis, vt etiam electi ſi fieri poſsit, &c. Quod ſi in
gratia confirmatis caute agendum eſt, quid nobis faciendum ſit nemo non videt. Poterant enim ſeduci fi- Matth. 24.
deles, viſis tot ſignis vel veris vel conſictis, adiunctis tot preſſuris. Adde ꝙ multi erant neophiti in fide, lex Abulenſ.
autem Chriſti ardua iubet. Item videbantur credentes a ſpe ſua cecidiſſe, cum primum crederent Chriſtū
temporaliter regnaturum. Cum igitur viderent omnia Mandrabuli more procedere, ſcandalizabantur
multi, & fiebant fidei & aratri ſemel accepti deſertores. De his igitur qui ſemel miſſa manu ad aratrum,
reſpiciebat cum vxore Loth, dicitur, tradet frater fratrē in mortem, & pater filium, &c. Marci. 13. Luc. 21. Lucę. 9.
Adueniente igitur & irruente tribulatione & turbine & procella, quidam ex illis qui prius pacatis omni Lucę. 17.
bus, in Chriſtum crediderant, ęſtuare cœperunt & a fide deſciſcentes, alios prodebant & deferebant ad

mortem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

moꝛtem autem iudices infideles,fratrem frater,& filius parentem & econuerſo. Duplex igitur intellige ſcandalum.Primum in ſeipſis,qui a fide diſcedebant,hi autem vocantur deſertores, Secundum odiſſe co-
Luc. 8. gnatos & proximos parentes & fratres permanentes in fide,illis abeuntibus retro, & hi vocantur delato-
res,de quibus dicitur Miche.7.ab ea quæ in ſinu tuo,&c.Sequitur ex Lucæ.17. Venient dies quan-
do deſiderabitis videre vnum diem filij hominis,& non videbitis.Quandiu igitur adeſt
ſponſus,licet pace profunda frui & vti me magiſtro atque doctore,quod multi deſiderauerunt,nec con-
Marci. 6. ſequuti ſunt.Venient autem dies,quando inuerſis vicibus ſublato paſtore,inuadent gregem puſillum,qui
2.Cor. 6. terram cælo miſcentes,deſiderium mei accendent apud multos, qui nunc me Fabri filium vocant & cõ-
Eſai. 58. temptui habent.Dies autem iſte vocantur Lucæ.4. annus placabilis, & apud Paulum tempus accepta-
Pſal.117. bile,in quo ſaluator oriens ex alto,diem aduesperaſcentem,ſole reducto decem lineis,reparauit,& ex ve-
Pſal. 103. ſpere mane fecit, & hæc eſt dies quam fecit dominus,in quo operari licet, ſicut ſcriptum eſt, ortus eſt ſol, F
& congregati ſunt Catuli Leonum;exibit autem homo ad opus ſuum vſque ad veſperam.Venient autem
dies,imo veniet nox quando nemo poterit operari Ioan.9. Et niſi abbreuiaſſet dominus noctes illas tri-
bulationis & anguſtiæ,pauci admodum ſalui fierent propter pondus paſſuræ imminentis. Tunc ſiquis
vobis dixerit,ecce Chriſtus hic aut illic,nolite credere. Iuxta Matth. & Marcum, Lucas.
nolite ire,neque ſectemini. Matthæus & Marcus: ſurgent enim pſeudo Chriſti & pſeu-
do prophetæ,& dabunt ſigna magna & prodigia & portenta, ita vt in errorem indu
cantur ſi fieri poteſt etiam electi. Vos ergo videte,ecce prædixi vobis omnia. Ab hoc
loco Theophilactus exponit ſequentem textum de tempore antichriſti. Abulenſis. Tunc igitur imminen-
te oppreſsione ciuitatis quando fugiendum eſt ad deſerta, & Iudæa omnino eſt deſerenda, ſiquis vobis
dixerit (ſiquis autem,ſupponit pro vnoquoque credentium in Chriſtum.) Non eſt opus vt. Vobis fuga
Dani. 3. conſulatis: Ecce enim verus Meſsias in lege promiſſus, eſt (Verbi gratia) in vna qualibet ciuitatum Iu-
dææ,qui vos in eum credentes poteſt ſaluos facere,ſicut tres pueros in camino ignis: Nolite credere: Nul- G
lus eſt enim Chriſtus præter me,cæteri qui me præceſſerunt, vel ſequuturi ſunt olim voluentibus annis
2.Cor.11. fures ſunt,prædones & antichriſti, qui ſeſe transfigurant in Chriſtos & in angelos lucis, de quibus nunc,
dicit,ſurgent pſeudo Chriſti,& dabunt ſigna magna atque portenta. De hoc dictum eſt ſupra in principio
capitis.24.Matthæi. Pſeudo Chriſti quidem pro Chriſti ſe gerebant: Cæterum pſeudo prophetæ non pro
Chriſtis ſe gerebant,ſed pro prophetis neſcio cuius Chriſti. De ſignis & portentis infra dicetur. Ecce præ-
2.Cor.2. dixi vobis omnia, ſiquidem minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Ne igitur incauti præueniamini a
Satana,cuius non ignoramus aſtucias: Ecce prædixi vobis,ſurrecturos multos qui cum ſint lupi,metien-
tur ouis ſimplicitatem,& gerent ſe pro angelis magni conſilij,cum ſint miniſtri rectoris tenebrarum ha-
rum. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire. Ecce in penetralibus, no-
Eſai. 9. lite credere. Nam ſicut fulgur exit ab Oriente, Lucas. Coruſcans de ſub cælo, & in ea H
Matth.24. quæ ſub cælo ſunt fulget, Matthæus, & apparet vſque in occidentem, Matthæus & Lucas,
ita erit aduentus filij hominis in die ſua. Quod dicit Lucas de ſub cælo, intellige e regione quæ
ſub cælo eſt in eam quæ ſub cælo eſt,hoc eſt ex vna cæli plaga in alteram. Ita enim videtur oculis hominũ.
Cæterum collatio hæc ſignificat ſubitum & inexpectatum eſſe aduentum regni Dei,non ſolum quantum
ad tempus attinet, verum etiam quantum ad locum,non aliter quam fulgur ſubito erumpit, nunc hinc nunc
illinc,quod prius videas quam expectas futurum. Intelligendum tamen, quod cum dicit, ſicut fulgur, de fulgore
ſol eſt intelligendum non de fulgure,Fulgur enim vix videtur per.30.miliaria. Itaque de pſeudo prophe-
tis dicitur: ecce hic,ecce illic, de Chriſto dicitur, quod aduentus eius erit ſicut fulgur ſolis. Matthæus. Vbi-
cunque fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ. Lucas. Primum autem oportet illũ
multa pati, & reprobari a generatione hac. Si ergo miniſtri tenebrarum dixerint vobis, ecce ve
rus ſol verſatur in deſertis, aut latitat in antris, nolite credere. Sol enim in cælo fulget, & quando ex oritur,
fulgur imitatur,quod quam primum e nube coruſcauerit, raptim penetrat vſque ad occidentem. Non igitur I
talis erit ſecundus aduentus meus,qualem vidiſtis primum,humilem & in forma ſerui,ac proinde a pau-
cis agnitus. Cæterum aduentus ſecundus,ſubitus erit,ac maieſtatis fulgore totum orbem momento tem-
Plinius. poris inſectu oculi complectens,ad modum ſolis exorientis vel fulguris coruſcantis. Eſt autem inter ful-
minum genera quod clarum vocant,mirificæ naturæ. Hoc dolia exhauriuntur, intactis eorum operimen-
tis,aurum & argentum liquatur, nec ſacculi aliquo modo amburuntur, ne confuſo quidem ceræ ſigno, ſi
obſignati fuerint. Hoc modo Martia Romanorum princeps cum grauida eſſet, icta eſt,exanimatoq; par-
tu,citra omne aliud in comodum vixiſſe fertur. Puella Romæ nata in Apuliam proficiſcens, obiter de cæ-
lo icta eſt,veſtibus & calceamentis ſine ſciſſura vlla ademptis,monilibus collo & a nullis diſcuſsis,nudum
corpus ſine veſtigio vllo cæleſtis iniuriæ exanime iacuit, tanta eſt vis & velocitas fulguris in operando, K
Nec eſt quod timeatis in tanta rerum perturbatione,ſeparandos vos eſſe a me, vbicunq; enim fuerit cor-
Canti. 8. pus(is ſum ego) ibi congregabuntur & aquilæ qui eſtis vos. Hucvſque ſequentes Abulenſem,expoſuimus
textum de euertenda Hieruſalem, deque rebus quæ per id temporis geſta ſunt in eccleſia, quæ ad huc par-
uula erat,& vbera non habebat. Nos autem repetamus textum ab illo loco, cum videritis abominatio-
nem,exponentes totum de antichriſto. Quod autem antichriſtus vocetur abominatio dictum eſt iam de
mente Ambroſij,Hieronymi & Hilarij. Dicit & Paulus.2.Theſ.2. Niſi reuelatus fuerit homo peccati, fi-
lius perditus qui extollitur ſupra omne quod dicitur deus aut colitur,non veniet dominus Ieſus Chriſtus.
Tamen iam myſterium iniquitatis operatur,quoniam vnius aduentum antichriſti, multi minores anti-
Achaz. chriſti præcedent,quales fuerunt Nero,Caligula,Antiochus,Hieroboam,Achab,&c. Sicut autem dicit
Athanaſius

Fondo
EL COLEGIO de JALISCO

Athanaſius, Antichriſtus nõ eſt inducturus idololatriam, quin potius ſicut alter Nabucodonoſor, omnes Athanaſ.
deos exterminaturus eſt de terra & cultum eorum, vt vel ſolus colatur vt deus. De hoc Danie. 7. Sermo-
nes contra excelſum loquetur, vt qui Dei aſſumit potentiam inquit Hieronymus, verba quoque diuinæ Hierony.
ſibi vindicet poteſtatis vel maieſtatis. Et ſanctos altiſsimi conteret, præliabitur enim antichriſtus contra
ſanctos, & ſuperabit eos, id eſt conteret & occidet, in tantamq; erigetur ſuperbiam, vt leges Dei & cere-
monias mutare conetur, religionem cunctam ſuæ ſubijciens poteſtati. Ita & Achaz qui huius gerebat ty
pum, expoliato templo, clauſit ianuas, & ſtatuit ſibi altaria in omnibus terminis Hieruſalem. Vide 2. Pa
ral. cap. 28. Intellige autem in quantam ſuperbiæ foueam diabolus cecidit, qui in me[n]ſura ruinæ qua la- Pſal. 73.
pſus eſt, non ſtetit. Aſcendit enim ſuperbia eorum ſemper. Diabolus enim dixit, aſcendam in cælum, ho-
mo cecidit audiens. Eritis ſicut dij, Gene. 3. Vterque ergo cecidit, quia Deo ſimilis non per iuſticiam ſed Antichriſt.
A per potentiam eſſe voluit. Diabolus tamen eo vſq; peruenit (homo enim agnouit [ſe]ruditatem ſuam. Ge-
ne.) vt in antichriſtum veniens, videri Deo ſimilis dedignetur, atque eum quem non potuit habere ſuper-
bus æqualem, damnatus inferiorem putet. Itaque cum ſit nequiſsimus, vt honorem nõ dedit domino, pe-
iores tamen diſcipulos erudiuit. Ille ſimilis voluit eſſe altiſsimo, diſcipulus autem eius extollendus eſt ſu-
pra omne quod dicitur deus. Sicut enim in Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, ita & in anti- Gregorius
chriſto inuentor mortis diabolus, & omnis plenitudo iniquitatis. Gregorius. Nonnulli de tribu Dã ven-
turum antichriſtum ferunt. Nos autem ne dubia pro exploratis tradamus, quod dicitur, naſciturus de illa
tribu, incertum habemus. Quod dicitur naſciturus in Babylone vel corozaim, q circuncidet ſe, q reædi-
ficabit templum Hieroſolymitanũ, q reſtituet legem Moſi in priorem ſtatum, credat qui voluerit. Vnũ
id certo nouimus quod dicit Paulus. 2. Theſ. 2. Sedebit in templo tanquã ſit deus verus. De hoc & Apoc.
B cap. 13. Vidi beſtiam aſcendentem de mari, habentem capita ſeptem, ſunt autem omnes tyranni reges &
principes terræ, qui antichriſti ſubijcientur imperio vel volentes vel inuiti. Cæterum cornua decem qui-
bus beſtia hęc impugnat & impugnabit electos: Ea ſunt ſcientia falſa, miracula vel vita vel falſa, mune- Figura.
ra quibus etiam dij ipſi capiuntur, fœminæ, arma conſueta diaboli, de quibus vide Num. cap. 25. Tormẽ-
torum genera exquiſita. Relinquamus autem lectoris prudentiæ inueſtigare, quomodo quinque his parti-
bus cornuum eccleſiam impugnauit, ſapientes quidem teſtimonijs ſcripturæ extortæ expoſitæ, ſicut illud:
Mitte te deorſum. Miraculis ſeducet ſimplices. Faciet enim ſicut Magi Pharaonis, muneribus autem iam Matth. 4.
diximus q etiã dij capiuntur. Cæterum ſi quartam admoueat machinam, quis erit qui ſe abſcondat a ca- Pſal. 18.
lore eius? Niſi fuerit vnus aliquis bonus athleta, qui cælitus inſpiratis. Precíſam morſu linguam, in faciem
fœminæ potius feręprocacis expuat, ſic magnitudo doloris ſuccidat vim & intenſionẽ delectationis. Cę- Martyr.
C terum quintum cornu omnes ex æquo ventilabit, tormentorum diuerſa ſupplicia ita vt multi dicturi ſint 2. Cor. 1.
cum Paulo, ſupra modũ & ſupra virtutem grauati ſumus, ita vt vita ipſa quę omni viuenti in deſiderio
eſt, & quam omne animal tueri deſiderat, nobis tędio eſſe[t]. Quod ſi aliqui adamantes tot impulſi corni-
bus, perſtiterint in ſimplicitate ſua: præcipiet antichriſtus edici voce præconis in toto orbe, vt nullus eme
re poſsit vel vendere, qui non acceperit characterem beſtiæ in manu vel in fronte. Quę igitur reliqua ſpes Apoc. 13.
inter tot mala quoquo verſum ingruentia? Fugiendum eſt cum Helia a facie Iezabelis. Fugiendum eme-
dio Babylonis. Zacha. 2. Fugiendũ e Sodomis cũ Loth. Gene. 19. Fugiendũ cũ Iacob de domo ſeruitutis. 3. Reg. 19.
Gene. 31. Væ autem pręgnantibus, qui ex bonis pauperum [ſa]ginantur cotidie ſplendide. Hi cito ex craſsis
fient tantali. Iſti ſunt de numero eorum quos hamo ſuo piſcabitur Leuiathan, circumpoſita aliqua eſca
auri vel argenti. Erit præſſura magna. Hoc ad litteram de populo Iudaico exponendum eſt, & expone-
tur infra de toto orbe. Ita dixit Daniel, cap. 15. In temporè illo veniet tempus quale non fuit (propter ma- Apo. 20.
D gnitudinem perſequutionis) ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud. Nunc autem Sa- Auguſt.
tanas alligatur per mille annos, Auguſtinus. Alligari Satanam per mille annos, nihil aliud eſt, quam non
permitti exercere totam tentationem quam poteſt vel vi vel dolo, ad ſeducendos homines in partem ſuã
cogendo violenter, fraudenter ve fallendo Quod ſi permitteretur in tam longo tempore & tanta infirmi-
tate multorum, plurimos tales quales deus id perpeti non vult & fideles deijceret, & ne crederet impedi- Dani. 7.
ret, quod ne faciat, alligatus eſt. Tunc autem ſoluetur, quando breue tempus eſt. Nam tribus annis & ſe-
meſtri legitur totis ſuis ſuorumque viribus ſęuiturus, & tales erunt ij quibus cum ei belligerendum eſt, vt
vinci tanto eius impetu inſidijſque non poſsint. Tunc ſiqu[is] vobis dixerit. Expoſitum eſt. Surgent enim
pſeudo Chriſti, & dabunt ſigna, & cętera. De hoc & apoſtolus. Quia veritatem non receperunt, mittet
illis deus ſpiritum erroris vel operationem, vt credant mendatio & ſignis ac prodigijs mendacibus, qui
E veritati ac ſignis veris credere noluerunt, tanquam eſſent perpetrata in virtute Beelzebub. Si enim tan- Iob. 41.
tus erit turbo ille: vt etiam cum paleis grana ipſa (ſi fieri poſſet) exire faciat, Cuius ſternutario feruere fa- Pſal. 34.
cit mare, quid paſſuros putamus, quorum viæ ſemper fuerunt tenebrę & lubricum? Si iuſtorum pe- Exo. 7. 8.
ne mouebuntur pedes, quid facient hi qui nec alimine virtutem ſalutauere? Quomodo autem fa-
ciet antichriſtus ſigna vel prodigia, exemplo nobis ſint Magi Pharaonis, fecerunt enim dracones & a-
quam verterunt in ſanguinem, & fecerunt vel produxerunt ranas: Eo modo quo diximus. Matth. Auguſt.
capit. 7. Sed ſicut dicit Auguſtinus: illa fecerunt vel vere vel apparenter, quæ permiſsi ſunt facere,
non quę ſua virtute facere potuerunt. Et ſi poſſunt dæmones appropinquare agentia paſsis, vt de po-
tentia materię producatur naturaliter anima ſenſitiua, hęc tamen non poſſunt facere ſubito, ſed per
multas tranſmutationes, quę tempus requirunt, tamen Deo permittente, multa poſſunt, quę vires huma
nas excedunt. Talis enim eſt angelica natura. De quo vide doctorem noſtrum in ſecundo diſtin. octaua. Scotus.
Ad hęc Gregorius. Penſemus quę erit illa humanę mentis tentatio, quando pius martyr & corpus Gregorius
tormen

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tormentis ſubijcit, & tamen ante oculos eius mira & portenta tortor facit. Cuius tunc virtus non ab ipſo
cogitationum fundo quatitur, quando is qui flagris cruciat, ſignis coruſcat? Scriptum eſt enim. Behemoth
ſtringit caudam quaſi cedrum, Iob. 40. quia & altus tunc erit veneratione prodigij, & durus crudelitate
tormenti, ita vt in errorem inducantur electi, ſi fieri poſſet. Id autem non eſt poſsibile. Vnde illud. In die-
bus eius ſtupe[illegible]unt nouiſsimi, & primos inuadet horror, Iob. 18. Tunc contra antichriſtum certamen iu-
ſticiæ & nouiſsimi electi habere narrantur & primi, quia videlicet & hi qui in fine mundi electi reperiē-
tur, in morte carnis proſternendi ſunt, & illi etiam qui a prioribus mundi temporibus præceſſerunt Enoc
ſcilicet & Helias [illegible] medium reuocantur, & crudelitatis eius ſententiam in ſua adhuc mortali carne exce-
pturi ſunt. Huius vires in tanta poteſtate laxatas nouiſsimi & primi metuunt, quia licet iuxta hoc ꝙ ſpi-
ritu ſuperbiæ eleuatur, omnem temporalem eius peccatum deſpiciunt, iuxta hoc tamen quod ipſi adhuc
in carne mortali ſunt, [illegible] qua cruciari temporaliter poſſunt, ipſa quæ fortiter tolerant ſupplicia per horre-
ſcunt, ita vt in eis vno & eodem tempore & conſtantia ex virtute ſit, & pauor ex carne. Quia & ſi electi F
ſunt, vt tormentis vinci nequeant, per hoc tamen quod homines ſunt, & ipſa metuunt tormenta quæ vin
Iob. 40. cunt. Vnde & illud. De naribus eius fumus procedit, quia de miraculorum eius inſidijs ad momētum ca-
Hierony. liginoſa dubietas etiam in electorum corde generatur, vt ſi fieri poſſet, etiam electi, &c. Hieronymus ſu-
per Eſai cap. 24. Tanta erit ſanctorum paucitas, & tam vehemens preſſura iuſtorum, vt paucitas eorum
baccis oliuarum rariſsimis comparetur: Quę cum excuſſæ fuerint atque demeſſæ, vix paucę remanent in
ramorum cacumine. Et quomodo cum fuerit finita vindemia, ſolent pauperes egeſtate cogente, vacuas
Auguſt. circumire vites. Dicitur autem & de impijs voce domini: quis ſeducet Achab? Auguſtinus. Deus iuſtus di-
3. Reg. 22. ſtributor pœnarum pręmiorumq; pro meritis, non ſolum bonis & ſanctis miniſtris vtitur ad opera con-
grua, ſed etiam malis ad opera digna, cum illi pro ſua peruerſitate nocere appetant, ſinantur autem tan-
tum, quantum ille iudicat, qui omnia ſtatuit in numero pondere & menſura. Ego inquit decipiam eum,
Sap. 11. Qua arte? Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum. Mirabile eſt enim hoc, vnum ſpiritum mē- G
dacem ora implere tot prophetarum quater centum videlicet, qui ſimul nugabantur: vnum & idem men-
dacium, vt in errorem induceretur vnus impius Achab. Ad hęc Abulenſ. Dicendum ꝙ pſeudo prophetæ
Abulen. [illegible]ti facient ſigna & prodigia ſed non eſt concedendum vt dicatur, dęmones aut Magos facere miracula.
Nam mirandum eſt quicquid admirationem inducit, & illud eſt quicquid excedit cōmunem poteſtatem,
Miraculum autem virtutem diuinam inducit, & ideo non fit niſi per deum. Itaque dæmones vel magi cū
videntur excitare mortuos vel facere quid ſimile, ludificant oculos noſtros, vt videatur eſſe quod non eſt,
iuxta illud Pauli. 2. Theſ. 2. Cuius aduentus erit ſecundum operationem Satanæ in omni virtute & ſi-
gnis & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione. Nunquam igitur miracula faciunt, faciunt tamen
quędam minora, ſicut mouere homines per aera quaſi volantes, eradicare arbores, diruere ædificia, mo-
uere partes montium, multoq; plura poſſent, ſi permitterentur. Sequitur. Si dixerint vobis: Ecce in deſerto H
Hierony. eſt, expoſitum eſt. Quod autem dicit, vbicunq; fuerit corpus, &c. Senſus eſt iuxta Hieronymum. Aqui-
læ & vultures etiam tranſmarina dicuntur ſentire cadauera, & ad eſcam huiuſmodi congregari. Si ergo
irrationabiles volucres naturali ſenſu tantis terrarum ſpacijs ſeparatę, paruum cadauer ſentiunt vbi ia-
ceat, quanto magis omnis multitudo credentium debet ad Chriſtum feſtinare. Dicitur autem vbicunque
fuerit, & eſt oratio in completa. Eſt enim ſenſus. Sicut vbicunque fuerit cadauer congregantur aquilæ &
vultures, ita vbicunq; apparuerit Chriſtus tanquam fulgur congregabuntur omnes gentes. Nomine au-
tem aquilarum iuxta myſticum ſenſum ſancti ſignificantur, quorum renouabitur ſicut aquilæ iuuentus,
Origenes. Pſal. 102. Origenes. Non dixit, congregabuntur vultures aut corui, ſed volens oſtendere magnificos & re-
gales eſſe omnes qui in paſsionem domini crediderunt, aquilas dixit. Qui enim ſperant in domino, muta- I
Hierony. bunt fortitudinem, aſſument pennas aquilarum. Eſai. 40. Hieronymus. Solæ aquilę ſunt, quę iubar ſolis
aſpiciunt, pulloſque ſuos an generoſi ſint experimento hoc probant. Dictum eſt alibi aquillarum ſenectu
tem reuireſcere mutatione pennarum, & iuxta Auguſtinum, depoſitione & excuſſione roſtri ad Petram.
1. Theſ. 4. Itaque & ſanctos repueraſcere, & aſſumpto immortali corpore, laborem non ſentire mortalium, ſicut
ſequitur, current & non laborabunt, ſed rapi in nubibus obuiam Chriſto intelligamus. Et iuxta. 70. qui
dixerunt, current & non eſurient, nequaquam eſurire, quia pręſentem habeant dominum, cuius Caro ve-
rus eſt cibus. Ita dicit Plinius lib. 10. cap. 3. Aquilę oppetunt non ſenio, non ęgritudine, ſed fame, in tantū
Plinius. ſuperiore accreſcente roſtro, vt aduncitas aperiri non queat. Dicit autem halietum (quoddam aquilę genus
eſt) implumes etiā nū pullos ſuos percutiens, ſub inde cogit aduerſos intueri ſolis radios, & ſi conniuentē
Aquila. flentemq; animaduertit, pręcipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem. Illum cuius acies firma K
contra ſteterit, educat. Subijciamus in calce huius capitis de origine aquilę in vexillo Romano. Marius cū
adhuc puer eſſet, ruriq; ſub parentibus aleretur, aquilę nidus cū ſeptenis pullis ei oblatus dicitur. Quo do-
mū delato, atq; a parentibus ad aruſpices, reſponſum eſt, non parua puero portendi, qui ſepties ſub ſe ſi-
gna Romana habiturus eſſet. Atq; hinc credo fuit ꝙ ille ſuo ſecundo conſulatu (tunc autem ſextum gere-
bat) aquilam Romanis legionibus peculiariter dicauit, cum ab initio haud tantū aquilę ſignum, ſed lupi, &
minotauri apri & equi ſingulos ordines ante irent. Paucis ante annis ſola aquila in aciem portari cœpe-
rat. Cęteris ſignis intra vallū relictis, quibus in totum a Mario abdicatis, ſingulare ſignū aquila iam apud
Romanos fuit, ex eoq; poſtea obſeruatum, vt nuſquam Romanę legiones in caſtris hibernauerunt, vbi
non conſpectum ſit aquilarum iugum.

Caput

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO